poſtea de abſoluto.De relatione autē ſiue de ente re-
lato querebat:utrū relatio habeat proprias ſpecies ⁊
proprias differētias.⁊ arguebat ꝙ nō:qꝛ illud qđ nō
hēt niſi realitatē ex alio ut ex fundamēto:videt ꝙ nō
habeat nec ſpecies nec differētias ꝓprias niſi ex alio.
hꝰ eſt relatio:ergo ⁊c. ¶ Preterea phs in 5º metace
uolens aſſignare ſpecies ⁊ dr̄ias relatiuoruꝫ:aſſignat
eas ſm differentias abſolutoꝝ dicens: ꝙ aliqua di-
cunt modo numeri.aliqua modo menſure.aliqua mō
agentis ad patiens.hoc aūt non eſſet niſi relatio ha-
beret ſpecies ⁊ differentias proprias:ergo ⁊c. ¶ In
contrariū eſt:qꝛ nōia ſunt conſona rebus.cū ergo ſpe
cies ⁊ differētie relatiuoꝝ habeant propria nōia di-
ſtincta ⁊ differētias ab abſolutis:oportet ꝙ ipſe ſpe-
cies ⁊ differētie relatiuoꝝ ſint alie ⁊ diſticte ab abſo
lutis. ¶ Rº dicēdum:ꝙ aliud eſt querere utrū ſpe-
cies ⁊ differētie relatiuoꝝ ſint alie ⁊ differētes a ſpe
ciebus ⁊ differētijs abſolutoꝝ. ⁊ aliud eſt querere:
utrū iſta inoteſcant nobis per illa:ſicut aliud eēt que-
rere.utrū differētie ſubſtātiales ſint alie a differētijs
accidentalibꝰ.⁊ utrū ille innoteſcant nobis per iſtas.
Certū eſt enim ꝙ ſubſtantia differt ab accidente:⁊ ꝙ
alie ſunt differētie ſubſtantiales alie accidētales.attn̄
differentie ſubſtantiales inoteſcunt nobis per accidē
tales:ut uolatile ⁊ greſſibile: lꝫ ſint differentie acci-
dētales:qꝛ uolare ⁊ gradi accidentia dicunt.Circulo
quimur tamen per differētias iſtas differētias ſubſtā
tiales.Sic ⁊ in propoſito differentie ⁊ ſpecies relati-
uoruꝫ alie ſunt a differentijs ⁊ ſpeciebus abſolutoꝝ:
innoteſcūt tamē nobis iſte per illas. ¶ Duo ergo uo
lumus declarare.Primo volumꝰ oſtendere ꝙ ſpecies
⁊ differentie relatiuoꝝ innoteſcunt nobis per ſpecies
⁊ differentias abſolutoꝝ.Secundo declarabimus ꝙ
iſte ſunt alie ⁊ differētes ab illis. ¶ Primū ſic patet:
nam ea que habent multū excellens eē ⁊ ea que mul-
tum deficiūt ab eſſe ſubterfugiūt cognitionē noſtrā.
vnde ⁊ ipſe ſpirituales ſubſtātie que ſunt prope deū:
⁊ ipſa materia que eſt prope.uel nihil:ut vult auguſti
nus.12.confeſ.ſubterfugiunt cognitionē noſtrā:⁊ non
per ſeipſas:ſed per alia cognoſcimus ea ut materiam
primā cognoſcimus per anologiā ad formā.ſpiritua-
les vō ſubſtantias per effectus.⁊ qꝛ relatio minimuꝫ
habet de eſſe:ut vult cōmētator in.12.metace.ideo
multum ſubterfugit cognitionem noſtrā.vnde ⁊ phs
in predicamētis cum diffuſius de relatiōe tractaſſet.
ait in fine capituli.ꝙ dubitare de ſingulis nō eſt iuti-
le:ſignificās per hoc ualde difficile eſſe aliquid de re
latione cognoſcere.Inde eſt ꝙ in.5.metace differētias
relatiuoꝝ tanꝙ minus notas enumerat ſm differen-
tias abſolutoꝝ tanꝙ per magis notas. ¶ Habito ꝙ
differētie ⁊ ſpecies relatiuoꝝ inoteſcūt nobis per ſpe
cies ⁊ per differentias abſolutoꝝ.reſtat oñdere quo
modo hee ſūt alie ⁊ differētes ab illis ꝙ duplici via
poſſumus oſtēdere.Prima ſumitur prout relatio fa-
cit per ſe predicamētuꝫ.Secūda ſumitur prout facit
per ſe predicamētum tale qđ uocatur predicamētum
relationis. ¶ Prima via ſic patet.naꝫ omne qđ facit
per ſe predicamētum diſtinctum ⁊ differens ab alijs
oportet ꝙ habeat ſpecies ⁊ differētias ab alijs diſtin
ctas ⁊ differētes.Nam diuerſoꝝ generum ⁊ nō ſub
alternatim poſitoꝝ diuerſe ſunt ſpecies ⁊ differētie.
predicamenta autem de ſe inuicem nō differūt nec ha
bent aliquid cōmune ad ea ꝙ ſit genꝰ ad ipſa.ideo ſi-
cut ſunt diuerſa genera non ſubinuicem collocata:ita
oportet ꝙ habeāt diuerſas ſpecies ⁊ differētias non
ſubinuicem collocatas.Sicut ergo vnū predicamen
tum eſt diuerſum ab alio ⁊ nō collocatur ſub alio.ita
ſpecies ⁊ differētie vnius predicamēti ſunt differen-
tes a differētijs ⁊ ſpeciebꝰ alteriꝰ ꝑdicamēti ⁊ nō col
locant ſub illis. ¶ Secunda via ad hoc idē ſumit ex
eo ꝙ relatio conſtituit tale predicamētū videlicet re
latiuuꝫ.Nam prima ratio eſt multum cōmunis:⁊ ar-
guit de omnibꝰ predicamentis.concludit enim ꝙ non
ſolum predicamentum relatiuum habet alias ſpecies
⁊ differentias a predicamentis abſolutis: ſed etiam
ꝙ vnum predicamentum abſolutum habet alias ſpe-
cies ⁊ differentias ab alio predicamento abſoluto.
Si ergo oſtēdere poſſumus ꝙ ipſa relatio habet ali-
quam ſpecialem dr̄iam ad ipſa abſoluta:ꝙ nō habent
ipſa abſoluta inter ſe:oſtenſum erit ꝙ ſpeciali mō ſpe
cies ⁊ differētie relatiuoꝝ differūt a ſpeciebus ⁊ dif-
ferentijs abſolutoꝝ plus ꝙ differat ſpecies ⁊ differē
tie abſolutoꝝ inter ſe.ꝙ autem ſic ſit patet.videmus

enim ꝙ omnia abſoluta cõiũgunt in aliquo: ⁊ ut ſunt ibi non faciũt niſi vnum predicamẽtum. ſola aũt relatio non cedit: ſed manet ibi ſm propriam quiditatem ut patet in deo: ubi omnia illa predicamenta tranſeũt in ſubſtãtiam. ſola autẽ relatio manet ibi ſm ſuã quiditateꝫ. vnde aug⁹ 5° de trini. c. primo. vult ꝙ deus ſit ſine qualitate bonus: ſine quãtitate magnus. nõ autẽ vult ꝙ ſit ſine relatiõe pater. ſi ergo in diuinis ſũt duo predicamẽta tm̃: videlicet ſubſtãtia ⁊ relatio. ut vult boetius in libro de trini. ſꝫ illa predicamenta nõ ſint eiuſdem rõnis cum predicamentis in creaturis: quia nihil reperitur vniuoce hic ⁊ ibi: attamẽ eoipo ꝙ oia abſoluta ibi tranſeunt in ſubſtantiã: ſola autem relatio ibi manet ſm ſuam quiditatẽ. Arguere poſſum⁹ ꝙ aliquã ſpecialẽ differẽtiaꝫ ratiõe ſue quiditatis habet relatio ab abſolutis quã nõ habet vnum abſolutum ad aliud abſolutum. ⁊ quia ſm rõnem quiditatis aliquid collocatur in genere: ſed ſpecies ⁊ differẽtie in vno predicamẽto abſoluto ſunt alie ⁊ differentes ab hĳs que ſunt in alio predicamẽto abſoluto: cũ relatio ſꝫ ſuã quiditatẽ hẽat quãdã ſpecialem dñiaꝫ ad abſolutũ quã nõ hẽt vnũ abſolutũ ad aliđ. ergo ſpẽs ⁊ differentie relatiuoruꝫ opꝫ ꝙ ſint alie a ſpeciebus ⁊ differẽtĳs abſolutoꝝ. ¶ Ad pᵐ ergo dicendum: ꝙ cum dicitur ꝙ relatio non habet realitatẽ niſi ex fundamento: aut intelligitur hoc cauſaliter: aut formaliter. ſi cauſaliter uerũ eſt ꝙ realitas relationis fundatur in realitate fundamenti: ⁊ ortum habet ex realitate illa. ſꝫ ex hoc nõ ſequitur ꝙ hec ſit illa: nec ꝙ eedeꝫ ſint ſpecies hui⁹ ⁊ illius. Nam ⁊ accidẽs cauſatur ex ſubſtãtia ⁊ fundatur in illa. nõ autem ex hoc ſequit ꝙ accidẽs ſit ſubſtãtia: nec ꝙ eedem ſint ſpecies ⁊ differentie accidẽtis ⁊ ſubſtãtie. ſꝫ ſi itelligatur formaliter ꝙ eadem ſit realitas relationis ⁊ fundamẽti: aut itelligitur ꝗ̃tum ad eſſe: aut ꝗ̃tum ad quiditatem. ſi ꝗ̃tũ ad eſſe uerum eſt. non eſt enim aliud relationis eſſe ⁊ fundamẽti: quia non eſt aliud eſſe in ſubiecto ſimilitudinis ⁊ albedinis. non enim plus afficit ſubiectuꝫ albedo ⁊ ſimilitudo ꝗ̃ albedo ſolum. inde ergo eſt ꝙ relatio ultra ſuũ fundamẽtum nullam compoſitionẽ facit in ſubiecto: ſed ſi intelligatur quãtuꝫ ad rationem quiditatis ſꝫ hec realitas ſit ab illa: quia realitas relationis eſt ex realitate fundamẽti: tamen hec realitas ſm quiditatẽ nõ eſt illa: quia quiditas relatiua ⁊ alia abſoluta. cum ergo ordo predicamẽti ſumat ex quiditate rei non eſt eius eſſe relatio: quia habet aliaꝫ quiditatẽ ꝗ̃ abſolutũ. habebit ergo alias ſpecies ⁊ alias differentias ⁊ totum ordinem predicamenti habebit alium ꝗ̃ habeant abſoluta. ¶ Ad 2ᵐ dicẽdũ: ꝙ phs diſtinguit differẽtias relatiuoꝝ ſm differentias abſolutorum: non ꝙ hee ſint ille: ſed quia innoteſcunt nobis per illas.

## Queſtio. VI.

P**Oſtea querebatur** de ente creato quãtum ad res abſolutas. Et quantũ ad hoc querebat̃ duplr̃ in generali ⁊ in ſpeciali. In generali quidem querebatur utrũ aliqua ſit eſſentia que ſe habeat per indifferẽtiam ad eſſe ⁊ ad nõ eſſe. ⁊ videt ꝙ non: q̃ ſm augᵐ 7° de trini. c. primo. ſicut ſe habet ſapientia ad ſapere potentia ad poſſe: ſic ſe habet rei eſſentia ad eſſe. ſed ſapientia nõ ſe habet indifferẽter ad ſapere ⁊ ad non ſapere: imo magis reſpicit ſapere ꝗ̃ nõ ſapere. ergo eſſentia nõ ſe habebit per indifferẽtiam ad eſſe ⁊ nõ eſſe. ¶ In cõtrariuꝫ eſt quia poteſt eſſentia intelligi ſine eſſe: ergo eſt indifferẽs ad eſſe ⁊ nõ ad eſſe. ergo eſſentia nõ ſe habebit per idifferẽtiã ad eſſe ⁊ nõ ad eſſe. ¶ Rx° dicendũ: ꝙ aliqui ꝯcedũt eſſentiam creatam quãtum ad eſſe eſſentie habere eẽ reale ⁊ indifferẽs ad eſſe ⁊ nõ eſſe. dicunt enim ꝙ accidit eẽntie ꝙ ſit vna uel multa: uel ꝙ ſit particularis uel vniuerſalis. Si enim intelligas ipſaꝫ eſſentiã nudam ſm ſe: nec intelligas eã ut eſt vna nec ut eſt multa. ſemper enim intellectus abſolutus ⁊ nudus ipſius rei precedit intellectũ relatuꝫ ⁊ comparatũ ad aliud. Si ergo eſſentia dicit̃ multa ⁊ eſt particularis ut comparatur ad indiuidua: in quibus exiſtit: ⁊ dicitur vna ⁊ vniuerſalis ut comparat̃ ad intellectum: oportet ꝙ ſm ſe accepta ſit prior: ⁊ precedat ſuũ intellectũ vniuerſalitatis ⁊ particularitatis. ſm hoc ergo dicũt iſti ꝙ eſſentia habet tripliciter eſſe: videlicet nature eſſe rõnis: ⁊ eſſe eſſentie. Eſſe autẽ nature habet ut eſt in ipſis rebus. eſſe aũt rõnis ut refertur ad intellectum eſſe aũt eſſentie ut conſideratur ſm ſe. animal eniꝫ ut aiunt ut eſt in ſuis ſingularibus cum accidentibus eſt res naturalis ⁊ habet eſſe nature. Conſideratum v̊o ſine ſuis accidentibus ⁊ ut eſt in anima: eſt res rõnis. acceptum v̊o ſm ſe eſt res eſſentie ⁊ habet eſſe eſſentie. Volunt ergo iſti ꝙ eſſe eſſentie ſit eſſe aliud ab eẽ nature ⁊ rõnis. ⁊ ſm hoc dicũt rem eſſe indifferẽtem ad eſſe ⁊ ad nõ eẽ. ¶ Sed hoc nõ videt̃ bene dictuꝫ nec intelligimus ſic eſſe ut iſti dicũt. Res enim conſiderata ſm eſſe eſſentie habet eẽ rationis. intellectus enim eſt ille qui fertur in ipſam eſſentiã ſm ſe. ipſa eni eſſentia creata ſm ſe nõ habet eẽ: ſed ſolum habet cõſiderationem apud intellectũ. Eſſe ergo eſſentie put eſt aliud ab eſſe nature eſt eſſe rationis: ⁊ ſm intellectum. Eſſe igit̃ eſſentie ab eſſe vniuerſalitatis nõ differt ꝙ vnũ ſit rationis ⁊ nõ aliud: ut iſti videntur dicere. vident̃ enim uelle ꝙ res ut habet eſſe particulare habet eſſe nature. ut habet eſſe vniuerſale hẽt eſſe rõnis. ut aũt habet eſſe eſſentie habet eſſe q̊d nec eſt nature nec eſt rõnis: ſed non ſic eſt. Nam eſſe eſſentie ⁊ eſſe vniuerſalitatis ut dicebamus nõ ſic differũt ꝙ vnũ ſit rationis ⁊ aliud nõ: q̃ utrũqꝫ eſt rõnis. ſꝫ vnũ eſt ratiõis tanꝗ̃ intentionis prime. aliud eſt rationis tanꝗ̃ intẽtionis ſecũde. Dicamus eniꝫ ꝙ ſꝫ intellect⁹ recipiat a fantaſmatib⁹ ſpecies: tamẽ recepta in itellectu recipitur ſm modum intellectus. recipitur ergo ſine hic ⁊ nũc. ⁊ q̃ vnũquodqꝫ agit ſm exigentiã ſue forme. intellectus per ſpecieꝫ quã habet apud ſe fert̃ in ipam eſſentiam ſm ſe: ſine hic ⁊ nunc. Prima ergo latio intellectus eſt in ipm̃ eẽ eſſentie. ideo phs 3° de anima loquens de parte intellectiua: ſiue de potentia intellectiua qua cognoſcit ⁊ ſapit aia ait. ꝙ cũ extẽſo carnis eſſe diſcernit ipm̃ eẽ rei loquendo de eẽ quiditatiuo ⁊ de eẽ eſſentie. eſt eni illud in q̊d fertur intellectus nõ modo reflexo ſed modo extenſo ⁊ per ſe ⁊ primo. ⁊ inde eſt ꝙ quid eſt ut in eodeꝫ tertio ſcribit̃: eſt per ſe propriũ obiectũ intellectus. Redeam⁹ ergo ⁊ dicam⁹ ꝙ intellect⁹ primo aſpectu fert̃ in ipam eſſentiam ſm ſe: ſiue in ipm̃ eẽ eſſentie. ſꝫ propter iſtam lationem ⁊ ꝓpter iſtum aſpectum ipa eſſentia nõ apprehendit̃ ab intellectu ut eſt quid vniuerſale. ſꝫ quando intellect⁹ ſe cõuertit ſupra ipm̃ eſſe eẽntie ⁊ videt ꝙ illud eſt cõmune multis: tũc dicit ꝙ illud eſſe eſt quid vniuerſale. Ideo cognitio eẽntie eſt intẽtio prima: dico prima q̃ eſt obiectum intellect⁹ ſm lationẽ primã. cognitio autẽ ulr̃itatis eſt intẽtio ſecunda: dico ſecũda q̃ eſt obiectũ intellect⁹ non ſm lationẽ primã: ſꝫ put reflectit ſe ſupra illud q̊d cognouit ⁊ videt ipꝫ eẽ cõe multis. Intellect⁹ eni cognoſcẽdo eẽntiã cogñſcit id q̊d eſt vniuerſale. ſed non propter hoc cognoſcit eam ut

eſt vniuerſale nec ut eſt ſubiecta intentioni vniuerſalitatis. Naꝫ eſſe eſſentie ⁊ vniuerſale qd̄ predicatur idem dicunt. ipſe enim intellectꝰ noſter fertur in ipſas res ut in hominem capram ⁊ leonem: que ut ſunt obiectum intellectus hn̄t eē eſſentie ⁊ predicatur de rebus: ſꝫ ut poſtea intellectus ſe reflectit ſuper res ⁊ videt ꝙ predicantur de pluribus ſic habent eē vniuerſale formaliter: ⁊ ſic accipitur vniuerſale ut eſt ſubiectum intẽtioni vniuerſalitatis: ⁊ ſic non predicat̄. Nā licet ſortes ſit homo ⁊ ſit animal: ſortes tamē non eſt vniuerſale: nec eſt ſpecies: nec eſt genus. ergo aliō eſt loqui de re que eſt vniuerſalis: ⁊ aliud ut eſt ſubiecta intẽtioni vniuerſalitatis. res eni ſm̄ eē eēntie eſt vniuerſalis: lꝫ non conſideretur ut eſt ſubiecta intentioni vniuerſalitatis: niſi quando intellectus ſe reflectit ſuper eaꝫ: ⁊ videt qd̄ eſt cōmune pluribuſ ⁊ iudicat eaꝫ ut vniuerſale. Igitur res ſm̄ eē eſſentie: ⁊ ut eſt ſubiecta intentioni vniuerſalitatis: uel ꝙ idem eſt res que eſt vniuerſale: ⁊ ut eſt vniuerſale habet eſſe rationis. aliter tamē ⁊ aliter quia primo modo habet eē rōnis ſm̄ intẽtionem primaꝫ. ſcd̄o v̄o modo ſm̄ intentionē ſecūdam. ¶ His viſis reuertamur ſuper diſtinctiōes factas: ⁊ inueſtigemus ueritatem queſiti. Una aūt diſtinctio erat ꝙ res habet eē particulare: eſſe vniuerſale: ⁊ eſſe exiſtẽtie: qd̄ ſm̄ eos eſt eē primū reſpectu illorum. Alia autē diſtinctio erat ꝙ res habet eē nature: eſſe rōnis ⁊ eſſentie qd̄ ſm̄ ipoſ eſt primū reſpectu utriuſqꝫ. reſ igitur ſm̄ eē eſſentie eſt prior ꝗ̃ ſit ſm̄ eē nature uel ſm̄ eē rōnis: uel ſm̄ eē particulare: uel ſm̄ eſſe vniuerſale. ⁊ quātum ad illud eſſe ut aiunt res eſt indifferens ad eſſe actuale: ⁊ ad non eē. prima autem diſtinctio cum diſtinguitur eē eſſentie ab eſſe vniuerſali: non eſt ſimpliciter concedenda. Nam res ut cōſideratur ſm̄ eē eſſentie: ⁊ ſm̄ ſuam quiditatem habet eſſe vniuerſale: ſꝫ non propter hoc ꝯſiderant̄ ut eſt eē vniuerſale. Nam ut dicebatur itellectus primo aſpectu fertur in eē eſſentie qd̄ eſt vniuerſale: ſꝫ nō fertur in tale eē ut eſt vniuerſale: ⁊ ut eſt ſubiectū intentioni vniuerſalitatis: niſi quādo ſe reflectit ſup ipſum ⁊ videt ꝙ eſt commune multis ⁊ uocat ipſum vniuerſale. ¶ Secūda etiam diſtinctio non eſt ſimpliciter cōcedenda. diſtinguebatur enim eē eſſentie ab eē ratiōis: ac ſi res ſic accepta ſm̄ eē eſſentie: ⁊ ſm̄ ſuam quiditatem nō haberet eē rationis. Res enim ſm̄ eē eſſentie: ſiue ſm̄ ſuam quiditatē: ⁊ ut eſt ſubiecta intẽtioni vniuerſalitatis habet eē rationis: quia intellectus eſt ille qui facit utrunqꝫ. Nam ipe conſiderat rem ſm̄ eē eſſentie: ⁊ ipſe conuertit ſe ſuper id qd̄ conſiderauit ⁊ uocat ipſum vniuerſale. ¶ Viſo igit̄ ꝙ diſtinctiōes facte non ſunt ſufficientes. diſtinguemus ꝙ res habet duplex eē reale. ⁊ habet tertiū eē ſm̄ cōſiderationē. habet enim eē in ſuis cauſis: ⁊ ſic eſt in potẽtia. Nulla enim roſa exiſtente actu eſt in potentia materie: ⁊ in virtutibus actiuis ⁊ paſſiuis: ex quibꝰ tanꝗ̃ ex proprijs cauſis producitur roſa. habet etiaꝫ roſa eē in ſe ipſa: ⁊ ſic habet eē in actu. tertio pōt conſiderari roſa ut circa ipſaꝫ negociatur intellectus. Cum ergo queritur utrum ſit aliqua eſſentia que habeat ſe per indifferentiam ad eſſe ⁊ non eſſe. ſi loquimur de eē reali: non quia ſm̄ hiꝰ eē: uel eſt in ſuis cauſis: ⁊ eſt in potentia: ⁊ ſm̄ hoc nō eſt indifferēs ad eē ⁊ non eē. Immo habet eē in potẽtia ⁊ nō eſt eē in actu: propter qd̄ magis ſa habet ad non eſſe ꝗ̃ ad eē: quia qd̄ eſt in potentia magis ſe habet ad non eē ꝗ̃ ad eē. Si v̄o conſideretur ut eſt in ſeipſa: ſic eſt actu: qꝛ ſic exiſtēs magis ſe habet ad eē ꝗ̃ ad nō eē. Sed ſi conſideret̄ res: ut circa ipſam negociatur intellectus: intellectus tūc indifferens eſt ei eē uel non eē. ⁊ accidit ei eē uel non eſſe. Dum enim ſcientia eſt in actu: forte refert utrum res ſit uel non ſit. ſꝫ poſtꝗ̃ iam habemus ſciẽtiam de aliqua re: utputa de roſa: ſiue roſa ſit: ſiue non ſit: pōt eā intelligere intellectus. ¶ Cum igitur arguebatur ꝙ eſſentia determinate reſpicit eē uerum eſt ut actu exiſtit in rerum natura: ⁊ ut habet eē in proprio genere: ſꝫ ut eſt in ſuis cauſis eſt in potẽtia: ⁊ pōt dici non eē. ¶ Ad aliud qd̄ obiciebatur in oppoſituꝫ ꝙ res pōt intelligi abſqꝫ eo ꝙ habet eē ut patet: ex hoc non arguitur ꝙ res habeat eē reale indifferēs ad eē ⁊ nō ad eſſe. ſꝫ ſolum probatur ꝙ ut circa rē negociatur intellectus accidit ei eſſe uel non eſſe.

p **Oſtea querebatur** de ente creato in ſpeciali. Ens autē creatum in ſpeciali tripliciter diuidit̄. videlicet in ens pure ſpirituale: pure corporale: ⁊ ex utriſqꝫ compoſitum. de omnibus autē his fiebant plures ⁊ uarie qōnes. Circa entia aūt ſpiritualia ſiue circa angeloſ erāt quatuor queſita. vnum de angelis in cōmuni. utrū. ſ. deꝰ poſſit facere plures angelos in vna ſpecie. Tria autē alia querebantur non de omnibus angelis in cōmuni: ſꝫ ſpecialiter de omnibus angelis malis: quorū vnum pertinebat ad maloꝝ angelorum actionē. duo v̄o ad malorum angelorum paſſionem. Circa coruꝫ actionē querebatur. utrum propt̄ actiones ſiue opera malorum angelorum ſiue demonum ductu ratiōis poſſemus ſcire demoneſ eē. Circa eoꝝ autē paſſionē querebat̄ utruꝫ demones poſſent pati ab igne. ⁊ utrū poſſent ſimul pati ꝯtrarias penas. Queſtio. VII.

a **D primum ſic** procedit̄. Uidetur ꝙ deus non poſſit facere plures angelos in eadē ſpecie: quia qd̄ implicat contradictionē ſubterfugit eſſe poſſibile. ſꝫ eē plures angelos in eadem ſpecie implicat contradictionē. nam angeli cum ſint forme per ſe exiſtentes non poſſunt differre niſi differant per formam: ſed differre forma eſt differre ſpecie. Implicat ergo contradictionē ꝙ angeli differant ⁊ nō differāt ſpecie ſubterfugit ergo hoc eē poſſibile. ¶ In contrariū eſt quia ſicut poſſunt multiplicari plura in eadeꝫ ſpecie in rebus materialibus: quia recipitur eadē forma in diuerſis partibus materie. ſic etiam videtur ꝙ in ſpiritualibus poterit eſſe multiplicatio in eadeꝫ ſpecie: quia recipietur eadem forma in diuerſis ſuppoſitis. ¶ Rn̄o dicēdum: ꝙ de hoc eſt articulus pariſienſis: ſic eniꝫ dicitur in articulis ꝙ error eſt dicere ꝙ quia intelligentie non habent materiam ⁊ ꝙ deus nō poſſet plures eiuſdem ſpeciei facere. uellemus autem ꝙ maturiori ꝯſilio articuli illi ordinati eēnt ⁊ adhuc forte de eis in poſterū habebitur cōſilium ſanius: ad preſens autem quātum poſſumus ⁊ ut poſſumus articulum ſuſtinemus. Videmus autem nobis inter ceteros modos congruos ad hoc ſuſtinendum ut dicamus ꝙ deus hoc potuit: ſed ſm̄ iſtum ordinem quem videmus non decuit: ſicut enim poſſet ſi uellet ſaluare iudā ⁊ dānare petrū: quia poſſet ſi uellet ꝙ anima iude ⁊ anima petri redirent ad propria corpora. Ita ꝙ iudas ⁊ petrus eēnt viatores: quo facto poſſet iude dare gratiam penitendi: ⁊ ita ſaluaretur. petrus autē ſic relictus poſſet peccare: ⁊ ita dānaretur. poſſet ergo hoc deus facere ſed non deceret. ſic ⁊ in propoſito deus poſſet ſed quantum nobis occurrit ſm̄ iſtum ordinē quē videmus hoc non deceret. attamen

ſi faceret deceret: quia qḋ non eſt decens ſm vnū mo
dum ordinis poteſt eſſe decens ſm modum aliū.
¶ Ad cuius euidentiam ſciēdum ꝙ forma cōparari
poteſt ad mām ⁊ ad eſſe: ⁊ per ea que videm⁹: prout
forma cōparatur ad mām poſſumus aliqua coniectu
rari quid tenēdum ſit prout forma comparat̄ ad eſſe.
Uidemus eniꝫ ꝙ aliquādo forma trahitur ad modū
materie: aliquādo materia ad moduꝫ forme. Secun
dū enim eē particulare ⁊ ſenſibile forma trahitur ad
modum materie. Scḋm eſſe autē vniuerſale ⁊ intelli
gibile materia trahitur ad moduꝫ forme. propter qḋ
in de celo ⁊ mūdo dicit phs. ꝙ cū dico hoc celū dico
mām. cū dico celum dico formam. Dic ergo lapis: uel
hic leo: ſiue homo ⁊ quodcūqꝫ corpus dicit mām. leo
autē uel lapis uel quodcūqꝫ corpus non ſignificatum
non particulatū dicit formam. qḋ non ſic intelligēdū
eſt ꝙ corpus particulare ⁊ ſenſibile excludit formaꝫ.
ſꝫ hoc pro tāto dictuꝫ eſt ꝙ forma recepta in materia
trahitur ad modum materie. cuius ratio eſt: qꝛ omne
qḋ recipit̄ in aliquo recipitur ſm modum recipiētis.
⁊ quia ſm eē particulare ⁊ ſenſibile forma recipitur
in materia ideo trahitur ad modum materie. ⁊ ſicut
corpus particulare non excludit formam. ſic vniuer
ſaliter ſumptum non excludit materiam: ⁊ tamē dicit̄
ꝙ corpus vniuerſaliter ſumptum dicit formam: quia
ſm eē vniuerſale ⁊ intelligibile materia trahitur ad
modū forme: eo ꝙ non ſit intelligibilis niſi per analo
giam ad formam. ubi ergo forma trahitur ad moduꝫ
materie: oportet ꝙ diuidatur ſm diuiſioneꝫ materie.
ubi autē materia trahitur ad modum forme oportet
ꝙ vniatur ſm formaꝫ. inde ergo eſt ꝙ qꝛ hic leo dicit
materiam: poſſunt eē multi leones. ſꝫ qꝛ leo dicit for
mam recto aſpectu: ideo ex omnibus particularibus
leonibus non occurrit intellectui niſi vnuꝫ leo. ¶ Et
ſicut diſtinguimus de forma ut comparat̄ ad materiā
ſic poſſumus diſtinguere de forma ut comparatur ad
eſſe. poſſumus etiam dicere ꝙ aliquādo forma deter
minatur per eſſe. aliquando eē per formam. quando
enim forma determinat̄ per eē non eſt incōueniēs eē
plura in eadem ſpecie. qꝛ tunc illa plura per ſe ⁊ p̄io
differunt per eſſe. ſi autē differunt per formaꝫ hoc eſt
ex conſequēti. ſed quādo eē determinatur per formā
non videtur poſſibile plura eſſe in eadē ſpecie: ſed ſi
ſic dicimus: videtur fortificare rōnem. nam in rebus
particularibus videtur forma indiuiduari per eſſe. in
abſtractis autē eē per formā. ut ideo hec albedo indi
uiduat̄ qꝛ habet hoc eſſe in hoc ſubiecto. ideo in alio
⁊ alio ſubiecto propter aliud ⁊ aliud eē poterit eſſe
alia ⁊ alia albedo: ſꝫ in rebus abſtractis non ſic. nam
quia ille forme ſunt per ſe exiſtentes videntur ſeipſis
indiuiduari. Natura ergo angeli quia non eſt forma
apta nata recipi in materia ſeipſa indiuiduat̄. eſſe aūt
⁊ alia que ſunt in natura angeli videntur indiuiduari
per ipſam naturam ⁊ per ipſam formam in qua reci
piūtur: quia in rebus materialibus non videtur poſ
ſibile eſſe plura in eadem ſpecie. ¶ Propter quod
ſciendum ꝙ aliquando diximus ꝙ ſi albedo eēt ſepa
rata non eēt niſi vna albedo in ſpecie albi. ⁊ cū poſſet
rōnabiliter concedi ꝙ ſi albedo eēt ſeparata non eēt
niſi vna albedo: poſſent tamē eē plures albedines in
eadem ſpecie. naꝫ ſi albedo eēt ſeparata ⁊ remaneret
ei eē qḋ acquiſiuit in ſubiecto uel tribueretur ei eē ſꝫ
ꝙ requirit forma ſeparata. ſi autē remaneret ei eē qḋ
acquiſiuit in ſubiecto: quia in alio ⁊ alio ſubiecto acq
ſiuit aliud ⁊ aliud eſſe propter tale ⁊ tale aliud eſt qḋ
acquiſiuit ſeparata poſſet albedo alia ⁊ alia. ſm hunc
enim modum dicimus ꝙ anime ſeparate ſunt plures
in eadem ſpecie: quia ipſis animabus ſeparatis rema
net eē qḋ acquiſierunt in corpore. ſꝫ ſi forme ſeparate
non remaneret eē qḋ acquiſiuit in ſubiecto: ſi daretur
ei aliud eē ſm exigētiam formarū abſtractarum non
videretur poſſibile eſſe plures tales formas in eadē
ſpecie: quia tunc forma non diſtingueretur per eſſe: ſꝫ
magis eē per formam. talia enim ſicut ſeparata per ſe
⁊ p̄imo differunt per formam: quia tale differre eſt
differre ſpecie: ideo talia differunt ſpecie. Diē autem
inter hoc ⁊ illud eſt: quia habere eſſe illo modo: quia
fit multiplicatio in eadē ſpecie: eſt habere eſſe imper
fectum in illa ſpecie: ⁊ nō ſm exigētiam forme. habē
autē eſſe alio modo ⁊ habere eē perfectum in illa ſpe
cie eſt habere eē ſm exigētiam forme. ¶ Ex oībus
autē hꝫs concludamus ꝙ forma ut trahitur ad mo
dum materie ⁊ ad modum imperfectionis: ſic poteſt
plurificari ſm diuerſitatem materie: ⁊ poſſunt eē plu
ra talia in eadē ſpecie: ita ꝙ ipſa forma ſpeciei que de
ſe habet vnitatē ſm hunc modum diuerſificatur per
materiam: quando vō materia trahitur ad modum
forme ⁊ ad modum perfectionis: tūc materia que ut
habet eſſe ſenſibile habet diuerſitatē ſic tractam ad
modum forme habet unitatē ut non ſint plura in ea
dem ſpecie. Nam ut dicebatur ſm eſſe ſenſibile for
ma plurificatur per materiam: ſic ſm eē intelligibile
materia vnitur per formaꝫ. Et ut patet per habita ſi
cut forma habet duplicem comparationem ad mate
riam: ita habet duplicem comparationē ad eē. Nam
ut habet eſſe imperfectum ſic poteſt diuerſificari ſm
eſſe: ⁊ poſſunt in eadem ſpecie eē diuerſe forme pro
pter diuerſa eē. quando vō habet eē perfectuꝫ: ſic for
ma non diuerſificatur per eē: ſꝫ eſſe vnitur per formā
ut non ſit niſi vnum eē in tali ſpecie propter vnitatem
forme. ¶ Sed quia intellectus hominis nō quieſcit
oportet nos reddere cauſam dicti. Reddemus enim
duplicem rationem quare forma ſm eē imperfectum
plurificatur in eadem ſpecie ſm eē perfectum. nō pri
ma via ſumitur prout eē cōparatur ad imperfectionē
uel ad perfectionē. Secunda prout comparatur ad
formam. ¶ Prima via ſic patet: quia ut dicitur in 3°
phiſicoꝝ. totum ⁊ pfectum idem uel proximum ſm
naturam. ergo imperfectum ⁊ pars ideꝫ uel proximū
ſm naturam. ⁊ quia totuꝫ diuiditur in multas partes
⁊ multe partes vniuntur in vno toto: hoc eſt de rōne
totius ꝙ habeat eē vnitum. ⁊ de ratione partium ꝙ
habeant eē diuerſum. forma ergo que habet eē perfe
ctum quia habet eē totale. conſequens eſt ꝙ habeat
eē vnitum. ſed forma que habet eē imperfectuꝫ: quia
habet eē partiale conſequēs eſt ꝙ poſſit habere eē di
uerſum ⁊ plurificatum. albedines enim exiſtentes in
materia quia habēt eē imperfectum: plurificātur ſm
plura eē partialia ⁊ imperfecta que habent. ſed ſi eēt
albedo ſeparata ⁊ haberet eē perfectum. omnes iſte
albedines materiales non equarentur cum eſſe illius
albedinis ſeparate illa ſeparata haberet totum eē qḋ
poteſt competere ſpeciei. omnes autē iſte materiales
albedines non haberent totum eē competēs ſue ſpe
ciei: ideo iſte materiales albedines quātūcunqꝫ mul
te eſſent adhuc poſſent eē plures: quia omnes ipſe
non adequarentur toti eſſe: ꝙ poſſet competere ſpe
ciei. illa autem ſeparata vna exiſtens non compatere
tur ſecundaria: quia ipſa in ſe comprehenderet omne
eſſe ⁊ omnem perfectionē que poſſet competere pro
prie ſpeciei. ¶ Secūda via ad hoc idē ſumitur ꝑut
eē cōparatur ad formam. Nā hoc eſt hēre eē pfectū

habere ipſum ſm exigentiam forme: ut quando tātū habet de eſſe ⁊ de perfectiōe debet tātū quātum poteſt recipere forma. hoc autem eſt habere eſſe imperfectum habere ipſum ſm capacitatem ſubiecti: ut albedo ſi eſſet apta nata eſſe ſeparata ſm nature curſum tantū haberet de eſſe: quātū poſſet recipere. nūc autez qꝛ eſt forma materialis: tantū habet de eē ⁊ de pfectione ꝙtū patit̄ capacitas ſubiecti in quo recipit̄. vnde albedo nō recipitur in materia ſm totum ſuum eſſe: ſed ſm ꝙ patit̄ capacitas materie. In formis ergo ſeparatis in quibus ponimus eē perfectū eē diuerſificatur ſm formā: ut ideo eſt aliud ⁊ aliud eſſe: quia eſt alia ⁊ alia forma. ſʒ in formis materialibus forma diuerſificat̄ ſm eſſe. ut ideo eſt alia ⁊ alia forma: quia eſt aliud ⁊ aliud eſſe. habere ergo eē perfectū eſt habere eē ſm exigētiaʒ forme: ⁊ qꝛ forma de ſe eſt vna: tale eē erit vnū. Habere autē eſſe imperfectū eſt habere eſſe nō ſm exigētiam forme: quādo ergo forma habet tale eſſe non ſm quācunqʒ formā. illa enim eſt ſic vna: qꝛ huiuſmodi eē non ſequitur modum forme: nō oportet illud eē ꝙ ſit vnū: poterit igitur illud eſſe plurificari: ⁊ plurificato eē plurificabit̄ forma. Dicamus ergo ꝙ ſicut materia aliquādo vnitur ꝓpter formam: aliquando forma diuerſificat̄ propter materiā: ſic aliquādo eē vnitur ꝓpter formā: aliquādo forma plurificatur propter eſſe. Quando enim eē eſt perfectum ⁊ ſequit̄ modus forme: qꝛ cōmunicat̄ forme ſʒ eius exigētiam cū forma ſpecifica de ſe ſit vna: oportet illud eē ꝙ ſit vnum. quādo autē eē eſt imperfectū ⁊ nō cōmunicat̄ forme ſm eius exigētiam quātūcūqʒ forma illa de ſe ſit vna: poterit plurificari tale eſſe: ⁊ plurificato eē plurificabitur forma. Cōcludamus ergo ꝙ cū forma habet eſſe perfectū tūc ex vnitate forme per ſe pōt eē vnitas ipſius eē ex conſequenti. Cuʒ autē habet eſſe imperfectū tunc ex pluralitate ipſius eſſe per ſe poterit eſſe pluralitas forme ex ꝯſequēti.

¶ His autez prelibatis patet quomodo poſſit deus facere plures intelligentias in eadem ſpecie. Imaginamur enim ꝙ ſm nature curſum deus tātū dat de eē ipſis ſubſtantijs ſeparatis quātum poſſunt ipſe recipere: ſm quē moduʒ loquitur dionyſius 4° capitulo de diui. no. ꝙ ſicut ſol non ratiocinans: aut preeligēs omnes illuminat ſʒ ꝙ ſunt ualētia participare lumē: ita ⁊ bonū ſummū omnib⁹ exiſtētibus proportionaliter imittit totius bonitatis radios. forme ergo materiales ſi nō habēt eſſe perfectū ⁊ totale hoc eſt propter materiā in qua recipiunt̄. ſʒ forme imateriales ſi non habēt eē perfectū ſm ſuam ſpeciē: hoc eſt qꝛ de⁹ reſtringit eas ⁊ nō dat eis totum eſſe ſm exigentiam proprie ſpeciei: nulli autem dubium eē debet ꝙ ſicut forma reſtrigitur propter eē qō habet in alio. ⁊ ſicut poteſt plurificari ita forma poteſt reſtringi propt̄ eē qō habet ab alio: ⁊ ſic habēdo eē imperfectum poterit plurificari. Poſſet igitur deus ſic reſtringere formam quācunqʒ ſeparatam: ⁊ dare ei eē imperfectum non ſm exigētiā forme. dupliciter ergo forma habet limitatū eſſe. Primo ex parte ſui. ut qꝛ ipſa eſt determinata ad genus ⁊ ad ſpēm oportet ꝙ eſſe in ea receptū quid limitatū exiſtat. Scdo ex parte materie: ut quia recipitur in materia hac uel illa ideo habet limitatum eē ſm diſpoſitionē materie. Tertio modo poſſet intelligi formam habere limitatū eē ex parte dei: ut ꝙ non daret ei tantū eē quātum poſſet forma recipere. ⁊ iſte modus lʒ ſit poſſibilis tamē ſm ordinem quē videmus videtur non eē decēs. cum ergo eſſe limitatur in forma propt̄ formā: tunc ſm nature curſuʒ poſſunt eē plura eſſe in forma generis: non autem in forma ſpeciei. Nam hoc modo loquēdo de eē oportet ꝙ eē omnino ſequatur modū forme. ſed cū forma generis non ſit forma vna poterit tale eſſe plurificari ſm talē formā: ⁊ cum forma ſpeciei ſit vna ſm naturam propt̄ curſum in eadē ſpecie non plurificabit̄ tale eē. ſʒ cum eē limitatur propt̄ mām in qua recipitur forma. uel propter agēs a quo eſt forma: quia utroqʒ modo poteſt limitari forma quantum ad eē: uel quia recipit̄ in alio ut in materia. uel quia eſt ab alio ut ab agēte primo. Cū ergo ſic eſt ꝙ illud eē qō habet forma non eſt totale ⁊ imperfectū ſm exigētiam forme: tunc poterit plurificari tale eē. ⁊ per conſequens forma in eadē ſpecie nō obſtante ꝙ de ſe nō multiplicat̄ hi⁹ forma. ¶ Aduertēdum tamē propter auctoritates que poſſent inueniri contrarie ꝙ ſicut genus aliquādo accipitur large: ut dicimns ꝙ in genere entiuʒ eſt vnū ens menſura omniū ſm quem modum loquēdi totum ens qō eſt multa genera dicitur vnū genus: ſic ſpecies aliquādo accipitur large: ut ꝙ totus ⁊ vn⁹ ordo angeloꝝ poſſet dici vna ſpecies propter aliquā cōuenientiam ſpecialem quā habent adinuicē ſm quē modum accipiēdi ſpeciem uel ſm alium modum accipiendi ſpēm prout plures ſpecies ſunt in vna ſpecie deus potuit ⁊ eum decuit facere angelos in eadē ſpecie: ſed accipiendo proprie ſpēm prout differre ſpecie eſt differre forma: non ergo ſm iſtum ordinē quē. videmus. ſʒ ſm alium ordinē deus potuit facere plures angelos in eadē ſpecie. ¶ Ad argumētum autē dicēdum ꝙ videtur implicare contradictionē ꝙ ſint plura in eadē ſpecie: uel ꝙ forma plurificetur in eadē ſpecie ſi forma illa habeat eē perfectum ⁊ totale. ſʒ ſi habeat eſſe imperfectū ⁊ partiale non eſt incōueniens: ⁊ quomodo ſit ⁊ quomodo cōtradictionē non implicat eſt per habita manifeſtum. ¶ Ad aliud autem in oppoſitum dicendum ꝙ non eſt ſimile de ſuppoſito ⁊ de materia. nam materia reſtringit formā. ſi enim forma de ſe non multiplicatur niſi reſtricta per eē: qꝛ materia reſtringit eam poterit multiplicari per materiā. Suppoſitum aūt non reſtringit ipſam niſi quatenus habet materiam partē ſui. Sʒ ſi ſit ſuppoſitum imateriale habebit eē perfectum ⁊ totale ſm exigētiam ſue forme. videtur enim contradictionē implicare ꝙ forma ſpecifica multiplicetur ſm ſe: ſʒ ꝙ multiplicet̄ per eē reſtricta: contradictionē non implicat. ⁊ qꝛ ſm curſum nature reſtringitur forma per mām. naturale eſt ꝙ forma multiplicet̄ diuiſione materie: non eſt aūt ſm nature curſum. ſed eſt ex dei potentia abſoluta ꝙ reſtringatur in eē ex parte dei tribuentis eſſe. ideo ex dei potētia abſoluta pōt hoc eſſe. ⁊ deus hoc facere potuit. ſic ergo aliquo modo euaſimus difficultates contingētes ſi ponatur poſſibile poſſe eē plures angelos in eadē ſpecie. hāc autem euaſionem non omnino approbamus: quia non eſt oīno clarum quō angelus poſſit habere eſſe perfectum ⁊ diminutuʒ modo quo dictum eſt. Dicimus ergo eſſe poſſibile ꝙ articulus dicit modum tm̄ impoſſibilē datum magis poſuim⁹ ad exercitandum legētium mentes ꝙ̄ ad id qō dictū eſt pertinaciter aſſerendum.

Queſtio. VIII.

s **Ecūdo queritur** de demonib⁹ ꝙtuʒ ad ſuā actionē. Et eſt queſtio. Utrū per eoꝝ actiones ⁊ effectus poſſint nobis innoteſcē ex ductu rōnis: ita ꝙ rōnis ductu poſſint nobis inoteſcē demones eē. Et vī ꝙ ſic: qꝛ aliq̄ videm⁹ in effectib⁹ que non pn̄t reduci in motū celi. Oportet autē ꝙ reducant̄ in

operationes demonū. Ponebatur aūt exemplum de
quodam monacho quem dicebat fuiſſe deportatum
a diabolo. Ponebat etiā exemplum de quodam ho-
mine de quo dicebat ꝙ tēporib⁹ iſtis viſus fuit a mul
tis in duabus ciuitatibus eadē die: ⁊ cōparuiſſe corā
duobus iudicibus. ⁊ dicebat ciuitates illas eſſe diſtā
tes ꝙ nullo mō hoc fieri potuiſſet niſi arte demonū.
Adducebat etiā exemplū de artib⁹ magicis: ex qui-
bus oībus concludebat ꝙ ductu rōnis ſcire poſſum⁹
demones eſſe. ¶ In ꝯtrariū eſt: qꝛ ex operatione ar-
guitur ſubſtātia inuariabilis cuiuſmodi eſt ſubſtantia
demonū nō poteſt argui niſi ex operationib⁹ inuaria-
bilibus. iſte enim fuit modus phoꝝ: qꝛ ex motib⁹ ce-
loꝝ qui ſunt inuariabiles probauerūt eē intelligētias
que ſunt ſubſtātie ſeparate ⁊ inuariabiles. cum ergo
ille operationes de quibus argutū eſt ſint uariabiles:
ex talibus nō pōt ꝓbari ſubſtātia demonū nec aliqua
ſubſtātia inuariabilis. ¶ Rñdeo dicendū ꝙ aliud eſt
querere utrū per ea que videmus generaliter poſſu-
mus ductu rōnis ſcire demones eſſe. ⁊ aliud utrū de-
mones poſſint alicui ſe ſpāliter reuelare. per ea enim
que videmus generaliter poſſumus ꝓbare eē aliquas
ſubſtātias ſeparatas. Generaliter enim videm⁹ celos
moueri: ⁊ motus eoꝝ ꝯtinuari: qd̄ eſſe nō poſſet niſi
mouerent a virtute infatigabili. virtus aūt infatiga-
bilis nō poteſt eſſe virtus in corpore: mouent ergo a
virtute ſeparata ⁊ ſubſtātia ſeparata. ex motib⁹ ergo
celoꝝ quos oēs vident ꝓbare poſſumus eē aliquas
ſubſtātias ſepatas. ſꝫ ꝙ hi⁹ ſubſtantie ſeparate quaꝝ
effectus videm⁹ oēs generaliter ꝙ ſint demones pro
bare nō poſſumus. Nam ſm dionyſium 4° caplo de
diui. no. Demon dicit ſubſtātiam ſeparatā malam: nō
malam ſm nām: ſꝫ malam ſm uolūtatis argumentū.
Eſt enim ſm eundē ibidem. Malum in demonibus
concupiſcētia demens. Fantaſia proterua. Furor irra-
tionalis. Malū eni in demonib⁹ eſt in proponēdo ſi-
bi finē ideſt adherēdo fini ⁊ in exequēdo qd̄ ꝓpoſuit.
In proponēdo ſibi finē demō eſt ꝯcupiſcētia demēs:
qꝛ proponit finē maluꝫ. In adherēdo fini eſt fantaſia
proterua: qꝛ ꝑtinaciter adheret malo fini. In exequē
do aūt qd̄ propoſuit eſt furor irratiōalis: qꝛ irrationa
biliter exequit̄ ſuū ꝓpoſitū. Loquit̄ aūt ſic de demo-
nibus dionyſius attribuēdo eis fantaſiā furorē ⁊ cō-
cupiſcētiā. Nā licet talia ꝓprie ſint in parte ſenſitiua.
attñ ex quo demones receſſerūt a bono icōmutabili
⁊ adheſerūt bono cōmutabili de eiſ loqꝫ poſſum⁹ ac ſi
hērēt ſenſuꝫ ⁊ ꝯcupiſcētiā. uel poſſum⁹ dicē ꝙ illa ſūt
in demonib⁹ per effect⁹. Talia eni agūt ⁊ talit̄ ſe hñt
in agēdo ac ſi eſſet in eis ꝯcupiſcētia demēs: fantaſia
proterua: furor irrationalis. ¶ Viſo quid importat
noīe demonis: qꝛ noīe demonis itelligimus ſubam ſe
paratā malā. patet per ea que videm⁹ gñaliter nō ino
teſcit nobis demones eſſe. Nam licet gñaliter poſſit
nobis innoteſcere eſſe aliquas ſubſtantias ſeparatas
eſſe tamen ſubſtātias ſeparatas malas per ea que vi-
demus generaliter non poſſum⁹ ꝓbare. Pōt tamen
demon ſi vult ſe aliter ſpāliter reuelare: qꝛ pōt facere
aliqua que nō poſſunt reduci niſi in aliquā ſubaꝫ ſepa
ratā. Viſum eſt eni multotiēs ⁊ audiuim⁹ ab his qui
dixerūt ſe vidiſſe ꝙ ideote loquebant̄ latinis v̄bis: ⁊
rñdebāt ad qōnes ꝓpoſitas qd̄ nō poſſet eē per iñuē
tiā celeſtis corporis: oportebit igit̄ hoc eē per aliquā
ſubaꝫ ſepatā mouētē liguā illi⁹ ideote. Jō pōt demon
aliqua facē per que ductu rōnis ſcire poſſumus ibi ad
eſſe ſeparatā ſubam. pōt ēt aliqua facē per que nō ſo-
lum oñdit ſe eē ſubaꝫ ſeparatā: ſꝫ ēt oñdit ſe eē ſubaꝫ
malam: utputa ſi det operā malis actib⁹: ut ſi coope-
ratur alicui ꝙ ſit fornicarius uel adulter uel idolatra.
cū ergo dictum ſit ꝙ eſt demon ſuba ſeparata mala:
qꝛ demō pōt ſe talē oſtēdere: ⁊ pōt alicui reuelare ſe
eē talem: lꝫ per ea que videm⁹ gñaliter non poſſimus
ſcire ductu rōnis demones eē. ſpāliter tñ poſſunt no-
bis innoteſcē aliqua per que arguere poterim⁹ ꝙ ſint
demones. ¶ Ad argumētuꝫ dōm ꝙ id qd̄ factū fuit
circa monachū: ⁊ circa hoiem cōparentē eadē die in
longinquis ciuitatib⁹ corā diuerſis iudicibus. ⁊ id qd̄
fit in artibus magicis nō apparet omnibus gñaliter.
¶ Ad argumētuꝫ aūt in ꝯtrariū dicē poſſumus ut il
la eſt phoꝝ opinio: ꝙ nulla ſuba ſeparata pōt moue-
re aliquod corpus corruptibile. ſube eni ſeparate ſm
phos non poſſunt imediate mouere aliquod corpus
hic inferius extñs mediante corpore trāſmutabili: niſi
mediāte motu celi: ut pōt patē ex. 7. meta^{ce}. ⁊ cōmē-
tator ibidē ait ꝙ nullum intranſmutabile tranſmutet
māle niſi mediāte corpore itranſmutabili ſiue mediā
te celo. ¶ Sed hec poſitio falſa eſt. Nam ſube ſepa-
rate nō ſunt oīno iuariabiles. naꝫ ſm dam̄. 2° li°. c. 3°
angelus eſt ſuba itellectualis ſemp mobilis: arbitrio
libera: incorporea: deo miniſtrans ſm grām: nō natu
ram in mortalitatem ſucipiens. Nam ſm auguſtinuꝫ
libro de tritate caplo p°. Omnis mutabilitas nōnul-
la mors eſt. eo ergo ipſo ꝙ angeli ex natura ſua ſunt
mutabiles: quedam in ſe mortalitatem habent. Q
autem ipſi ſint mutabiles: patet per id quod ſcribitur
iob 4°. Ecce qui ſeruiūt ei nō ſunt ſtabiles: ⁊ in ange
lis ſuis repperit prauitatē. igitur ſi ipſe intelligētie de
ſe nō ſunt ſtabiles. nō eſt incōueniens ꝙ aliqua uaria-
bilia exerceant. dato tamē ꝙ eſſent oīno inuariabiles
nō propter hoc cōcluderetur quin poſſint aliqua ua-
riabilia facere. nā niſi ab inuariabili procederet varia
bile nihil eēt mutabile. oportet enim primū agens eē
imutabile a quo oīa alia proceſſerūt. vnde ⁊ ipſi phi-
loſophi ab ipſa ueritate coacti mobilia reduxerūt in
imobile. quātūcunqꝫ igitur demones eſſent inuaria-
biles poſſent aliqua uariabilia facere per que innote-
ſcent eos eſſe.

Queſtio. IX.

## Tertio queritur de paſſiōe demonū.

Vtrū demones poſſint pati ab igne inferni. ⁊ videt̄
ꝙ nō: qꝛ ſemp agens preſtantius eſt patiēte: ſed ignis
non eſt preſtantior demone: ergo ⁊c̄. ¶ In contrariū
eſt qd̄ legimus de diuite epulante ꝙ anima eius exi-
ſtens in inferno dicebat ſe cruciari in illa flāma. ſꝫ idē
iudicium eſt de demone ⁊ anima ſeparata. cum igitur
aīa ſepata poſſit pati ab igne: ergo ⁊ demon. ¶ Re-
ſpondeo dicēduꝫ ꝙ ſi videre uolumus quomodo de-
mon poſſit pati ab igne. videndum eſt primo quid ſit
dolor. ⁊ ex hoc apparere poterit quomodo ignis in-
ferni virtute diuina poſſit in demone cauſare dolorē.
Dolor enim nō eſt paſſio naturalis ſm ꝙ patiunt̄ cor
pora naturalia. ſꝫ magis eſt paſſio anime ſm ꝙ patiū
tur corpora animata: ⁊ potiſſime corpa animata per
animā ſenſitiuaꝫ. imo naturaliter nihil dolet niſi quia
ſentit: propter qd̄ in ipo corpore animalis ſunt aliqua
que nō dolēt: qꝛ non ſentiunt ut oſſa. Si ergo non do
lent niſi que ſentiunt: ubi nō eſt ſenſus: ibi non poteſt
eē dolor. oportet ꝙ dolor tanꝙ in ſbiecto ſit in ſenſu.
placentia autem ⁊ diſplicētia ſunt in appetitu. dolor
autem ⁊ eius oppoſitum ſunt in ſenſu. Veruntamen
quia ipſa diſplicentia dicitur quidam dolor: ⁊ dicunt
aliqui ſe dolere: quando eis diſplicet qd̄ habēt: ideo
aliqui inueniunt ꝙ dolor ſit in appetitu: ſed dolor ut

BIBLIOTECA UNIVERSITAT DE GRANADA

hic de dolore loquimur eſt in ſenſu.dicamꝰ ergo ꝙ do
loꝛ eſt ꝑceptio motiui facta in ſenſu a re ſenſibili:ſicut
viſio eſt perceptio viſibilis facta in viſu a re viſibili.
hiꝰ aũt ꝑceptio.⁊ huiꝰ mutatio facta in viſu a re viſibi
li nõ eſt niſi quoddã intẽtionale ipꝛeſſuꝫ viſui.ſic que
libet perceptio ⁊ quelibet imutatio facta in quolibet
ſenſu non eſt niſi quoddã intẽtionale ipꝛeſſum ſenſui:
qꝛ hoc eſt cõe omni ſenſui ꝙ imutet intentionalr:⁊ ꝙ
ſit ſuſceptiuũ ſpecierũ ſine mã.doloꝛ igit eſt foꝛmalr
quedã imutatio intẽtiõalis per quẽ fit ꝑceptio leſiui.
¶ Ex hoc aũt apparere põt in quo ſẽſu ſit ꝓpꝛie do
loꝛ:qꝛ nõ eſt pꝛopꝛie niſi in ſenſu tactus.nam ſi doloꝛ
eſt imutatio ſenſibilis per quẽ percipitur leſiuũ ⁊ coꝛ
ruptiuũ:cũ animal nõ coꝛrumpat niſi a calido ⁊ frigi
do:⁊ ab hiꝰ qualitatibꝰ tãgibilibꝰ opꝫ doloꝛẽ ſicut in
ſubiecto eẽ in ſenſu tactus.nunꝗ̃ eni eſt doloꝛ ſine im
mutatiõe reali.foꝛmalr tñ doloꝛ nõ eſt imutatio rea-
lis:ſꝫ intẽtionalis.ſꝫ qꝛ imutatio intẽtionalis in ſenſu
tactus nõ põt eſſe foꝛtis ſine imutatione reali:iõ do-
loꝛ qui dicit imutationẽ intẽtionalem foꝛtẽ nõ põt eẽ
ſine imutatione reali.ſꝫ ſi poſſet eẽ eque foꝛtis imuta
tio itẽtionalis ſine imutatiõe reali:ſicut eſt cũ imuta-
tione reali:maioꝛ eẽt doloꝛ ex illa mutatiõe intẽtio-
nali ſolum:ꝗ̃ nũc ſit ex imutatiõe intẽtionali ⁊ reali ſi
mul. Nam ut patet intãtũ eſt doloꝛ in ꝗ̃tuꝫ ꝗs ſentit
⁊ percipit ſe dolere.ſꝫ ꝯſtat ꝙ imutatio realis ipedit
perceptionẽ ſenſus:ut qꝛ pupilla eſt abſcoloꝛ:melius
ꝑcipit imutatiões factas a coloribꝰ.ſic etiã caro ꝗ̃to
eſt magis media ꝓpoꝛtio tangibiliũ:⁊ ꝗ̃to magis eſt
denudata ab excellentiis tãgibiliuꝫ per eã percipiunt
melius tangibilia.neruus enim ⁊ caro realr calefacta
ipedimẽta ꝑſtant ꝑceptibilibꝰ ſenſibiliũ.ideo ſi eẽt in
ſenſu tactus foꝛtis imutatio intẽtionalis abſqꝫ reali.
ſenſus potiꝰ ſentiret ⁊ magis ꝑciperet ſe dolere.⁊ per
ꝯñs magis doleret. Nam percipere ſe dolere hoc eſt
dolere:qui eni doloꝛẽ non ꝑcipit nequaꝗ̃ dolet.dici-
mus ergo ꝙ cũ doloꝛ nãliter ſemꝑ hẽat annexã imu-
tationẽ realẽ nunꝗ̃ eſt ibi doloꝛ nãlis niſi ſit ibidẽ du-
plex imutatio.ſ.vna realis que eſt ꝯ̃ria nature.⁊ alia
intentionalis que ꝯtraria eſt ſenſui. Immutatio ergo
realis ledit nãm.imutatio aũt intẽtionalis ledit ſenſũ
⁊ facit ſenſuꝫ ꝑcipe doloꝛẽ.imo qꝛ intẽtio cauſat a re:
ſolũ illa coꝛpoꝛa pñt cauſare intẽtionẽ ſic ledentẽ ſen
ſum que poſſunt ledere ⁊ coꝛrũpere nãm in qua fun-
datur ſenſus. Cum ergo ſolũ a qualitatibꝰ tangibilibꝰ
depẽdeant coꝛpoꝛa animaliũ:⁊ ſolum qualitates ille
poſſunt coꝛrũpere nãm aialis.ſolum tales qualitates
poſſunt cãre doloꝛẽ in ſenſu. ¶ Tria ergo declarata
ſunt:qꝛ oſtẽſum eſt quid eſt doloꝛ:qꝛ eſt imutatio intẽ
tionalis foꝛtis facta in ſenſu tactus:leſiua eiꝰ. Oſten-
ſum eſt etiã a quibꝰ cauſat doloꝛ:qꝛ cauſat ab illis qͥli-
tatibus a quibꝰ depẽdet natura:⁊ que poſſunt coꝛrũ-
pere naturã in qua fundat ſenſus. Oſtenſum eſt etiam
ſm quid magis habet eẽ doloꝛ:qꝛ ſi poſſet eẽ imuta-
tio intẽtionalis leſiua ſenſus:ſine imutatione reali le-
ſiua nature magis eſſet ibi doloꝛ:qꝛ ut dicebat magis
dolere nihil eſt aliud ꝗ̃ magis ſentire ⁊ percipere do-
loreꝫ.⁊ qꝛ imutatio realis ipedit perceptionẽ ſenſus:
ideo diminuet perceptionẽ doloꝛis. ¶ His viſis põt
patere quomõ demon patiat ab igne. Nam ſi eſt con
tra nãm uel itellectualis ꝙ imutet ab iſtis coꝛpoꝛali-
bus realiter nõ eſt ꝯtra nãm eius ꝙ imutetur intẽtio-
naliter.videmus eni ꝙ itellectus noſter poſſibilis im
mutatur intẽtionaliter a fantaſmatibus que habẽt eẽ
coꝛruptibile:⁊ habent eſſe hic ⁊ nũc.ſꝫ hoc nõ eſt in
virtute ꝓpꝛia:ſꝫ in virtute luminis itellectus agẽtis.

ſicut ergo fantaſmata que ſunt ꝗd coꝛruptibile in vir
tute alteriꝰ:ut in virtute luminis intellectus agentis
poſſunt imutare intẽtionaliter intellectuꝫ poſſibilem
qui eſt quid intelligibile.multo magis coꝛpoꝛalia:pu
ta ignis inferni:ut eſt inſtrumentũ diuine iuſticie:⁊ in
virtute dei poterit imutare intẽtionaliter intellectuꝫ
demonis:ſꝫ imutatio facta intẽtionaliter in itellectu
poſſibili in ṽtute lumis agẽtis.ita eſt cognitio qͦ nõ
eſt doloꝛ:imutatio ṽo itẽtionalis facta in itellectu de
monis eſt doloꝛ ⁊ cruciatus. ¶ Quod ex hoc cõtin
git qꝛ intellectus noſter poſſibilis nõ dependet ab in
tellectu agẽte quãtum ad eſſe ⁊ quãtũ ad ſubſtantiã:
ſed ſolum quãtum ad cognitionẽ.dicebat aũt ꝙ ſolũ
illud poteſt cauſare doloꝛem in potentia cognitiua a
quo depẽdet natura ⁊ ſubſtãtia in qua fundat illa po-
tentia. In virtute igitur intellectus agẽtis facta imu-
tatiõe in itellectu poſſibili nõ erit doloꝛ nec cruciatꝰ
ſed cognitio tm̃. Ueruꝫ qꝛ demon ſm nãm ⁊ ſubſtan
tiam plus dependet a virtute diuina:ꝗ̃ coꝛpus ali-
cuius animalis a qualitatibꝰ tãgibilibꝰ.imutatio intẽ
tionalis cauſata in demone ab igne virtute diuina ma
gis erit doloꝛ ⁊ cruciatꝰ ꝗ̃ imutatio intẽtionalis cau-
ſata in ſenſu a qualitatibꝰ tãgibilibus.eſt etiã ibi maxi
mus cruciatus ⁊ doloꝛ:qꝛ cũ non ſit ibi imutatio rea-
lis magis percipietur ibi doloꝛ. ¶ Sꝫ dices ad hoc
non datur modus qualiter cauſet iſte doloꝛ:dicemus
ꝙ ibi eſt aliquid ſm nãm ⁊ aliquid ſupꝛa nãm. Scõm
nãm enim eſt ꝙ intelligentie per ſuũ intellectum ope-
rẽtur in iſta coꝛpoꝛa applicando ipſum ad ea. Nã cuꝫ
ſint nature intellectuales opoꝛtet ꝙ itelligẽdo agant.
hoc enim modo ſunt in loco:⁊ hoc modo agunt ap-
plicando ſuã virtutẽ ⁊ ſuam potẽtiam ad huiuſmodi
coꝛpoꝛa in qua agunt.cũ ergo nõ habeãt niſi itellectũ
⁊ uoluntatẽ applicãdo eam ad coꝛpoꝛa agunt in coꝛ-
poꝛa.poſſibilis eſt ergo applicatio itellectus angelici
ad iſta coꝛpoꝛalia.ſꝫ ꝙ ex tali applicatione tranſmu-
tetur coꝛpus hoc eſt naturale.põt eni angelus per ta-
lem applicationem mouere coꝛpus. ¶ Rurſus ꝙ ſit
ibi applicatio ſine trãſmutatiõe habet eſſe naturale.
Sicut enim in coꝛpoꝛibꝰ aliquãdo coꝛpoꝛa ſic ſe con
tingũt ꝙ ſe nõ trãſmutant ut ignis ⁊ aqua.aliquando
ſic ſe contingũt ꝙ ſe nõ trãſmutant ut due ſpere cele-
ſtes. Sic ⁊ angelus aliquãdo ita applicat ſuum intel
lectũ ad coꝛpus ꝙ ipſum mouet:ut patet in iſtis celis
mobilibus.aliquãdo ſic applicat ꝙ nullam tranſmu-
tationem facit:ut patet in celo empyreo. Nam cum
angeli ſint in celo empyreo:⁊ celum illud dicat ange-
loruꝫ locus opoꝛtet ꝙ hiꝰ angeli applicent virtutem
ſuã ad ipſum celum.nullam tñ trãſmutationẽ faciunt
circa ipm:naturale eſt ergo ꝙ angelus bonus uel ma
lus abſqꝫ trãſmutatione coꝛpoꝝ poſſit applicare in-
tellectũ ſuũ ad ipm coꝛpus:ſꝫ ꝙ ex tali applicatione
imutet itellectus angeli:hoc nõ eſt naturale:ſꝫ ſupꝛa
naturaꝫ. Angelus ergo malus:ſiue demon habẽs in-
tellectũ applicatũ ad ipm ignẽ inferni non trãſmutat
ipm ignẽ:ſꝫ ille ignis in virtute diuina imutat intẽtio
naliter itellectũ demonis:ſm quã imutationẽ demon
ſũme dolet:hoc mõ cremat aia:uel demon ſm grego
riũ in dialogo:qꝛ videt ſe cremari:nõ qꝛ realiter cre-
met ⁊ doleat:ſꝫ qꝛ uere dolere nihil aliud eſt niſi ſen-
tire ⁊ percipere ſe dolere. Hoc eni modo animal do-
let:qꝛ per ſenſum eiusꝰ intẽtionaliter imutatũ doloꝛẽ
percipit. Nam ut dicebatur:nihil aliud eſt dolere ꝗ̃
ꝑcipe doloꝛẽ.⁊ qꝛ viſus põt accipi pꝛo oi cognitione
ſiue ꝑceptiõe:⁊ pꝛo oi ſenſu dicere poſſumus ꝙ nihil
eſt aliõ dolere ꝗ̃ videre ſe dolere.i.ꝗ̃ ſentire ⁊ ꝑcipe

dolorem.poſſumus aũt dicere ꝙ dupl'r patiſ demon: uel aïa.primo q2 alligat cum igne:ꝛ ignis ille eſt carcer eius qđ potiſſime erit poſt diẽ iudicij q2 ligat' cũ illo igne mutat intẽtionaliter ab eo que intentionalr imutatio eſt uere dolor:ꝛ uere cruciat' eius. Primo eni3 demon uel anima ligat cũ igne q2 l3 hoc ſit naturale:ꝙ demon per ſuã uolũtatẽ poſſit applicare ſuu3 intellectũ ad corpora:tñ ex tali applicatione nõ dicit ligatus corporibus:q2 ſicut per uolũtatẽ applicat.ita per uoluntatẽ poteſt nõ applicare:ꝛ põt ſe ab illo corpore ſeparare.ſed applicatio iſta ad ignẽ nõ eſt demonis uoluntate ſed dei virtute.ita ꝙ ſi uellet nõ poſſet ſe ſeparare ab ipſo igne ꝑpter qđ dicit alligatus igni. ꝛ dicit ignis carcer eius qđ potiſſime erit in die iudicij.nunc autẽ propter noſtrũ exercitiũ permittuntur hic eſſe in hoc aere caliginoſo ubi affligunt ꝛ cruciãtur:ac ſi eſſent in iferno:qđ totum virtute diuina fieri poteſt.Utrũ autẽ portent ignẽ inferni ſecum:uel non portẽt nihil ad propoſitũ q2 poteſt deus ſine cauſa ſecunda quicqđ poteſt cũ cauſa ſcđa.ideo ſine igne põt ſimilẽ imutationẽ facere in demone quã faciebat cu3 igne.erit ergo ſaltẽ poſt diem iudicij ipſis demonib': ꝛ nunc eſt in ipſis animab' damnatis vna pena alligatio ad ipſum ignẽ uel incarceratio in ipſo igne.alia autem pena erit ꝛ eſt cõtinue cruciatio per hu' ignẽ.patet ergo quomõ demones patiunſ ab igne ꝛ qualiter patiũtur ab ipſo. ¶ Ad argumentũ dicendũ ꝙ agẽs qđ agit principalr eſt preſtantius patiẽte.ſed agẽs qđ agit inſtrumẽtaliter ꝛ in virtute alterius nõ op3.fantaſma eni3 quia non virtute ꝑpria ſed in virtute lumĩnis intellectus agentis mouet intellectũ poſſibilẽ:nõ oportet ꝙ ſit preſtãtius itellectu poſſibili ſic ꝙ ignis nõ in virtute ꝑpria:ſed in vtute diuina cruciat demonem nõ op3 ꝙ ſit pſtãtior demone. Queſtio.X.

eſſe ſuo ſubiecto: ut albedo dat eē albuꝫ: ⁊ quantitas
dat eē extenſuꝫ. q̄d aūt ſit iſtud eē. In tractatu noſtro
de eē ⁊ eēntia: ⁊ etiam in queſtionibus noſtris ꝙplu-
rimis diffuſius declarauimus. oñdimus eni ꝙ forma
nō imprimit māe quādaꝫ aliā eēntiam: ſed ſeipſa pſi-

cit ⁊ determinat mãꝫ:⁊ mã ſeipſa ꝑficit ⁊ determinat
per formã:ita qd̓ eẽ ꝙ dat act⁹ potẽtie:nõ eſt niſi que
dam determinatio potentie per actum ⁊ non eſt que-
dã res alia diſtincta a potentia ⁊ ab actu. ¶ Tertio
mõ põt accipi eẽ pro eo qd̓ cõſequit ſuppoſitũ ex nã.
Nã ſuppoſitũ ex q̄libet nã exñte in ipo:ſiue ſit illa nã
ſbalis:ſiue accñtalis ↄſequit aliqd̓ eẽ:ut ex humanita
te ↄſequit eẽ hoiem:⁊ q̄titate eẽ q̄tum ⁊ ſic de alijs.
Ubicũqꝫ eſt eni reꝑire plꝭs nãs quarũ vna ſe hẽt per
iformationẽ ad aliã:ſic nã forme ſe hẽt ad nãm mãe:
⁊ nã accñtis ad nãm ſubſtãtie:ibi eſt dare duplicẽ opa
tionẽ. Unã quã hẽt nã ad nãm:qꝛ vna nã eſt uera ꝑfe
ctio alteri⁹ nãe. Et aliã quã hẽt nã ad ſuppoſitum:qꝛ
ipm ſuppoſitũ:ſiue ipm hñs nãm aliquã habitudinẽ
conſequitur ex ipſa nã. Quarto modo poteſt accipi-
eſſe pro ipſo exiſtẽ. Sicut dicimus ꝙ ſuppoſito cõpe
tit eſſe:qꝛ competit ei per ſe exiſtere. Dicim⁹ enim ꝙ
nã creata licet ſit tãte actualitatis:ꝙ poſſit per ſe in-
telligi. Non eſt tamẽ tãte actualitatis ꝙ poſſit exiſte
re in rerum nã. niſi ſuperaddat ei actualitas aliq̄ que
cõi nomine uocat eſſe. Et ideo dicimus ſbam exiſtẽ:
que hẽt per ſe eẽ. Accidẽs autẽ dicit exiſtẽ:qꝛ eſt in
exiſtẽs ⁊ qꝛ eſt in eo qd̓ hẽt per ſe eẽ. Cũ ergo querit.
Utrũ in chŕo ſint plura eẽ. Si accipiat eẽ pro eẽntia
uel nã. certũ eſt ꝙ in ipſo ſunt plꝫa eẽ:qꝛ ſunt in eo plu-
res eẽntie. ſi v̓o accipiat eẽ pro ipſa hitudine uel pro
eo ꝙ ↄſequit vna nã ex alia nã adhuc mõ iſto in chŕo
ſunt plꝫa eẽ:qꝛ nã corpis chŕi ex nã aie ſortit eẽ viuũ:
ex q̄titate ſortit eẽ magnũ:⁊ ſic de alijs ꝑfectionib⁹.
¶ Tertio ẽt mõ ſi accipiat eẽ pro hitudine quã ↄſeq̄
tur ſuppoſitũ ex nã:ſic in ſuppoſito filij dei ſunt mlta
eẽ:qꝛ ex deitate hẽt eẽ de⁹:ex humanitate hẽt eẽ hõ.
hẽt eni eẽ diuinũ:⁊ eẽ hũanũ ⁊ eſt uer⁹ de⁹:⁊ uer⁹ hõ.
Sꝫ ſi accipiat eẽ q̄rto mõ pro ipo exiſtẽ qd̓ eſt per ſe
ipſi⁹ ſuppoſiti ſic vni⁹ rei vnicũ eſt eẽ. ⁊ vnicũ exiſtẽ.
Si eni nõ duo:ſed vn⁹ eſt chŕs. Nõ ſunt in eo plꝫa ta-
lia eẽ. Imaginabimur q̄dẽ ꝙ hũana nã in chŕo nõ eſt
accñs:hẽt tñ quẽdã modũ accñtis. Nã ſicut accidẽti
nõ dam⁹ ꝙ ↄſtituat ſuppoſitũ:ſꝫ ꝙ ſuſtẽtat in ſuppoſi
to iam ↄſtituto. Ita nã humana in chŕo nõ ↄſtituit ſup
poſitũ:ſꝫ ſuſtentat in ſuppoſito v̓bi. nõ ſunt g̊ in chŕo
hoc mõ plꝫa eẽ:nec plꝫa exiſtẽ. Nã eni humana chŕi nõ
exiſtit per ſe nec per ſuũ ꝓpriũ exiſtẽ:ſꝫ aſſũpta eſt ad
eẽ ꝑſonale v̓bi ⁊ exiſtit per eſſe v̓bi. hoc g̊ mõ itelligi
mus illã vnionẽ ꝙ ſi nã illa hũiſſet ſuũ ꝓpriũ exiſtẽ ⁊
per ſe feciſſet ſuppoſitũ. Nunc aũt nõ hñs tale exiſtẽ
ſꝫ aſſũpta ad eẽ ꝑſonale v̓bi nõ fac̄ per ſe ſuppoſitũ
ſꝫ ſuſtẽtat in ſuppoſito v̓bi. ¶ Ad argumentũ aũt in
ↄ̄riũ dr̄ ꝙ eẽ per ſe in gñe uel nõ eẽ per ſe directe in
gñe nõ facit ꝙ ſit aſſũptũ a v̓bo uel nõ aſſũptũ. Nam
corpus ⁊ aia uel mã ⁊ forma hois que nõ ſunt per ſe
in gñe ſunt aſſũpta a v̓bo. Aſſũpſit ei v̓bum nãm ue-
ram humanã ut uerã carnẽ ⁊ uerã formã humanã. ut
uerã aiam. oia que ꝑtinẽt ad nãm humanã ſunt aſſum
pta a uerbo. Qꝫ aũt ꝑtinet ad ſuppoſitũ ⁊ qd̓ nõ põt
itelligi eẽ in aliquo ꝙ non ſit ſuppoſitũ cuiuſmodi eſt
ipm exiſtẽ nõ dicim⁹ eẽ in uerbo aliud exiſtẽ ab exiſtẽ
uerbi. Quia nullũ eſt ibi ſuppoſitũ aliud a ſuppoſito
uerbi. nõ eni aſſumpſit chŕs ſuppoſitũ ꝙ ſint in chŕo
duo ſuppoſita. ſed aſſumpſit naturam ⁊ ſunt in eo due
nature in vno ſuppoſito.

## Queſtio. IIII.

q Quarto Querebat de nã aſſũpta q̄
tum ad optimũ eẽ. ⁊ erat qd̓.
Utrũ nã rationalis potuiſſet aſſumi a uerbo
abſqꝫ eo ꝙ frueret v̓bo. ⁊ arguebat ꝙ non. Quia ſm
aug^in ſuꝑ ioannẽ. fili⁹ dei factus eſt hõ ut filij hoium
fierẽt filij dei. Uerbũ eni factũ caro ſiue dei fili⁹ fact⁹
homo. dedit nobis ꝑtãtem filios dei fieri:his qui cre
dũt in noie ei⁹. Itaqꝫ cũ ſum⁹ filij dei per grãm ⁊ po-
tiſſime per grãm ↄſumatam ⁊ per glĩam nõ eẽt illud
ↄñs ꝙ nos ſim⁹ hituri glĩam niſi eẽt iſtud antecedẽs:
ꝙ nã rõnalis aſſumpta a chŕo:ſiue aia illa eẽt fruẽs:⁊
eẽt in glĩa. ¶ Rꝫ. ſi eẽt eẽntia eleuata opꝫ eleuari po
tẽtiã. Si g̊ eẽntia creature rõnalis ẽ eleuata ut ſit vni
ta deo:eleuabit ⁊ potẽtia ut fruat deo. ¶ In ↄ̄rium
eſt qꝛ in talibus ut dicebat tota rõ facti eſt potẽtia fa-
ciẽtis. ſm g̊ potentiã faciẽtis que eſt ifinita potuit aſ
ſumere nãm rõnalẽ fruẽtẽ:⁊ nõ fruẽtem ut ſibi place
bat. ¶ R̄o dr̄m ꝙ poſſum⁹ diſtinguẽ duplicẽ neceſſi
tatem. vnã ieuitabilitatis. ⁊ aliã ſm ↄgruẽtiam finis.
Si querat de neceſſitate ſm ↄgruẽtiam finis. Utrũ
nã rationalis aſſumpta a uerbo neceſſe erat ut fruere
tur uerbo. dici debet ꝙ ſic. qd̓ poſſum⁹ tripl̓r declara
re. Primo ex eo ꝙ dei filius aſſumẽs carnẽ debebat
noſtrũ caput eẽ. Scd̓m ex eo ꝙ debebat nos redime
re. Tertio ex eo ꝙ debebat nos ad ſpem regni celoꝝ
inducere. ¶ Primo nãqꝫ debebat eẽ caput noſtrum
⁊ debebamus de plenitudine eius oẽs accipe:neceſſa
riũ erat hoc mõ ꝙ in eo eẽt plenitudo grẽ:⁊ ꝙ in eo
eẽt grã ↄſumata que eſt ipſa glĩa. Uñ ei dr̄ fuiſſe dat⁹
ſpũs nõ ad mẽſuram:qꝛ q̄tũ potuit aia illa recipere
de plenitudine grẽ:tãta fuit ei gratia iſuſa:qd̓ nõ fuiſ
ſet niſi fuiſſet ꝑfecte fruẽs. Aliter eni qui minor fuiſ-
ſet in regno celoꝝ:maior fuiſſet illo:qꝛ ſemꝑ grã cõ-
ꝓhẽſoris ⁊ grã ↄſumata eſt maior grã nõ ↄſumata.
Qd̓ aũt dr̄ paulo min⁹ fuiſſe minut⁹ ab angelis:itelli
gẽdũ eſt q̄tũ ad paſſibilitatẽ corporis. Quãtũ tñ ad
fruitionẽ decebat caput nr̄m hẽre oẽm talẽ plenitudi
nẽ. ¶ Scd̓o hoc poſſumus declãre ex eo ꝙ debebat
nos redimẽ. debebat eni mediator eẽ dei ⁊ hoium:⁊
aꝑire ianuã celeſtem:ut per ipm poſſem⁹ vniri deo ⁊
frui eo. Añ eni paſſionẽ chŕi ⁊ añ ſolõnẽ pc̄ij pro hu-
mana nã q̄tũcũqꝫ ſcũs ſbat ad limbũ:⁊ nõ fruebatur
deo. Si g̊ medium debet ſaꝑe nãm extremoꝝ:⁊ de-
bet ꝑticipare de utroqꝫ. ille qui debebat aꝑire ianuã
celeſtẽ ⁊ de viatorib⁹ debebat facẽ cõꝓhẽſores de-
bebat utrũqꝫ in ſe hr̄e debebat eẽ viator ⁊ cõꝓhen
ſor. Propter qd̓ decebat ipm eẽ fruẽtẽ:imo loquẽdo
de nec̄itate ſꝫ ↄgruẽtiã finis nec̄ariũ fuit ipm eẽ fruẽ
tẽ. nã ad hoc uenit ut nos ſaluos faceret:⁊ ut nobis ia
nuã aꝑire:⁊ ut nos faceret cõꝓhẽſores ⁊ fruentes.
¶ Tertio hoc idẽ declãri poteſt qꝛ nos debebat ad
ſpem ſalutis eterne iducẽ. nõ aũt ↄgrue potuiſſemus
per ipm ſꝑare poſſe ↄſeq̄ illã fruitionẽ eternã niſi ipſe
fuiſſet ꝑfecte fruẽs. Si eni nõ fuiſſet fruẽs uel aia illa
nõ fuiſſet fruẽs que aſſũpta erat ad eſſe ꝑſonale v̓bi.
hũiſſem⁹ mãm deſꝑandi ut nõ crederem⁹ poſſe ꝑue-
nire ut frueremur deo. Sic g̊ dr̄m eſt de nec̄itate ſm
ↄgruẽtiam finis loquendo de hi⁹ ↄgruitate ut loquit
aug⁹ 13° de trini. c. 10°. ꝙ ſi ali⁹ modus fuit poſſibilis
ad ſanãdũ tñ nr̄e miſ͛ie cõueniẽtiorẽ modũ aliũ non
fuiſſe credẽdũ eſt. Sꝫ ſi loq̄mur de nec̄itate ieuitabi
litatis nõ videm⁹ q̄tũ occurrit nob̄ q̄n potuiſſet talẽ
nãm aſſumẽ ſine fruitiõe. Nã ſic v̓bũ illud ſeꝑata aia
remãſit vultũ carni que nõ eſt capax fruitiõis ſic potu
it v̓bũ remanẽ vnitũ eẽntie aie q̄tũ ad eẽ ꝑſonale abſ
qꝫ eo ꝙ potentia vniret ſibi per fruitionẽ. Eleuata g̊
eẽntia eleuat ⁊ potẽtia q̄tũ ad eẽ ꝑſonale. Nõ potu-
it eni eẽ ꝙ eẽntia eẽt aſſũpta q̄tũ ad eẽ ꝑſonale ⁊ po-
tẽtia nõ eẽt iſto mõ aſſũpta niſi forte fuiſſet ſeparata
eẽntia a potentia:uel ſi fuiſſet illa eẽntia abſqꝫ poten
tia. Sed poſito ꝙ illa eſſentia non fuerit priuata ſua

potētia.ſic̄ illa nā nō hēbat per ſe eē ita non hēbat ꝑ
ſe agē.ita ꝙ oēs ille opationes erant filij dei.ut ꝓbat
damaſ.li° 3° c° 14°.ut dicit duas uoluntates fuiſſe in
chŕo ⁊ duas actiones.vn⁹ tn̄ erat uolēs ⁊ agēs.Jſta
ḡ duo nō erāt cōpoſſibilia:ꝙ eēt eleuata nā ad eē per
ſonale ⁊ nō eēt eleuata potētia ſm tale eē:ſic̄ ex aſſū
ptiōe nāe de⁹ fact⁹ eſt hō.ita ex ei⁹ aſſūptiōe factū eſt
ꝙ actiōes ſ3 humanā nām ſint actiones filij dei.Ele
uata eſt ḡ potētia.qꝛ actiōes ſm illam potētiā erant
actiōes dei.S3 ꝙ nō potuiſſet aſſumi eēntia:niſi fuiſ
ſet eleuata potētia ad fruitionē dei q̄tū nobis occur
rit nō videm⁹ hoc fuiſſe ieuitabile.¶ Ad p^m ḡ dōm
ꝙ arg^m arguit de neceſſitate:ſm quādā ꝯgruentiā fi
nis:nō de neceſſitate ieuitabili.Si eni debeam⁹ nos
eē filij dei ⁊ fieri cōpꝛehēſores dignū erat ꝙ ⁊ ipſe iā
eēt cōpꝛehēſoꝛ.Eſt tn̄ aduertēdū:qꝛ qd̄ nō eſt ꝯgruū
ſm vnū modū oꝛdinis:eſt ꝯgruū ſm aliū modū.Si
eni dei fili⁹ aſſūpſiſſet nām rōnalē abſq3 eo ꝙ illa nā
plene frueret ſm aliquē modū oꝛdinis:hoc fuiſſet cō
gruū:q̄uis illi⁹ ꝯgruitatis neſcirem⁹ foꝛte rōnē red-
dere.vn̄ aug⁹ 21° de ci.dei cap° p° dic̄ ꝙ fixā tn̄ rōnez
apud nos debē eē:nō ſine rōne oipotētē facē.vn̄ aiuſ
human⁹ ifirm⁹ nō pōt rōnē reddē.¶ Ad ſcd̄am aūt
patet ſolutio per iā dicta.Nā ſi aut eleuat eēntia ad
eē ꝑſonale filij dei.ita fuiſſet eleuata potentia:qꝛ oēs
actiōes egrediētes a tali potentia eēnt actiones dei.
De hac aūt eleuatione ꝯcludit argumētū:quo ꝯceſſo
nihil incōueniēs ꝯtra noſtrum dictum ꝯcluditur.

p **Oſtea** Querebat de creatura in oꛏ
dine ad deū.Et ſpāliter de
creatura rōnali.que q̄tū ad pn̄s ſpectat qn̄
q3 modis cōparat ad deū.nā hi⁹ creatura
eſt apta nata deo vniri.Et q̄tū ad hoc erat qō.Utrū
creatura rōnalis magis vniat deo per amare q̄ per in
tellige:ul' ecōtra.Scd̄o hi⁹ creatura cōparat ad deū
qꝛ eſt apta nata deum intelligē ⁊ amare.Et circa hoc
erat qō.Utrū eēt poſſibile ꝙ talis creatura itellige-
ret uel videret deū per eēntiā:⁊ tn̄ nō diligeret ipm.
Tertio cōparat ad deum qꝛ per fidem eſt apta nata
ferri in deū:⁊ i ea que oꝛdinant ad deū.Et circa hoc
erat qō de articulis fidei.Utrū oēs rōnes poſſibiles
fieri ꝯ hi⁹ articulos ſint ſolubiles ab hoie ſine ſpāli
dei influxu.Quarto comparat talis creatura ad de-
um qꝛ eſt imago dei.Et circa hoc erat qō utrū intelle
ctus agens pertineret ad imaginem.Quinto com-
paratur ad deum ut eſt apta nata beatificari in deo:⁊
per deū.Et circa hoc erat queſtio.utrum beati vidē-
tes diuinam eēntiam foꝛment inde uerbum. Q.ō.V.

a **D pꝛimū** ſic ꝓcedit.Ur ꝙ magis
vniamur deo per intelli
gere:q̄ per amare.qꝛ vnio per itelligē videt
eē vnio per aliq̄d intraneū:cū res itelligant ꝓut ſunt
in aia.⁊ cū uerū ⁊ falſu3 ſit in aia.Unio aūt per amo
re3 videt eē per aliq̄d ex̄neū qꝛ res ſunt uolite ut ſūt
in ſeipſis.⁊ bonū ⁊ malū ſunt in reb⁹.ut declarari hēt
in.6.meta^{ce}.vniri aūt per aliq̄d intraneū eſt potiuſ q̄
per aliqd̄ ex̄neū ḡ ⁊c̄.¶ Jn ꝯriū eſt hugo ſup angeli
ca hierarchia,q̄ vult ꝙ itrat amoꝛ:ubi foris ſtat ſcia.
¶ R° dōm ꝙ vnio per amorē eſt potioꝛ ⁊ maioꝛ q̄
vnio per itelligē qd̄ tripl'r declare poſſumus.Pꝛimo
ex parte ipſi⁹ act⁹.Scd̄o ex parte obiecti.Tertio ex
parte modi agēdi.¶ Pꝛima via ſic patet.nā ſi ꝯſide
rem⁹ ipm actū amoris ⁊ ipm actū itelligēdi.iuenim⁹
hāc diſiam iter hūc actū ⁊ illū:qꝛ actus itelligēdi aſſi
milat:ſ3 actus amoris trāſfoꝛmat.Repꝛhendit enim
empe.ut patet per phm in libꝛo de aia.Ex eo ꝙ uolu
it aiam eē cōpoſitā ex oib⁹ ut cognoſceret oia.Nam
ſm ipm phm ſufficit ꝙ ſimilitudineſ rerum ſint apud
aiam ad hoc ꝙ cognoſcātur ab aia.nō op3 aūt res ip
ſas ſm ſe eſſe in aia.Q2 ſi obiciat de diuina eēntia ꝙ
nō per aliā ſimilitudinē:ſed per ſeipſam eſt apta nata
perfecte cognoſci.Dicemus hoc nō eē ꝙ perfecta co
gnitio nō poſſit eē niſi per ſimilitudinē.ſed qꝛ diuina
eēntia eſt pura foꝛma nihil hn̄s de potentialitate ad
mixtū.Jō per aliā exp̄ſſionē foꝛme q̄ per ſeipſa3 eēn
tial'r cognoſci nō pōt.Tn̄ ſi reſ eēntial'r cognoſci poſ
ſit per aliquā exp̄ſſionē foꝛmalē aliā a ſeipſo non erit
incōueniēs perfectiorē eſſe hi⁹ cognitionē q̄ ſit ipſa
cognitio per eēntiā.vn̄ aug⁹ 11° de ci.dei cap° 29°.lo
quens de cognitione angeloꝝ dicit.Q2 angeli ipſam
quoq3 creaturā meli⁹ vidēt in dei ſapia q̄ in ſeipſa ⁊
ſeipſos.ibi.ſ.in dei ſapia meliuſ ſciūt.arguat ḡ ſic.An
geli ſeipſos in ſeipſis cognoſcunt per eēntiā ſuam.Jn
deo aūt ſe cognoſcūt eēntia3 dei que eſt repn̄tatio oi
um.Potioꝛ eſt ḡ cognitio eēntie angeli per eēntiam
dei q̄ per ſeipa3.Sufficit ḡ ad itelligē ꝙ hoc fiat per
foꝛmalē exp̄ſſionē rei.Jntellectio ḡ q̄tū eſt de ſe aſſi-
milat:ſed amoꝛ trāſfoꝛmat.Sufficit eni itelligenti ꝙ
habeat ſili'tudinē itelligibilem ⁊ ꝙ hēat foꝛmale3 ex
pꝛeſſionē eius.Sed hoc nō ſufficit amāti:ſed amans
vult ſe oino cōiungē amato ⁊ vult ſe facē id ꝙ ipm ⁊
q̄tum pōt ſe trāſfoꝛmat in ipm.Si ergo itellectus ſ3
ꝙ hi⁹ vult pꝛeſentiā itelligibilis hoc eſt ꝓpter ipſam
itellectionem ut qꝛ foꝛte nō pōt id itelligē plene niſi
per pn̄tiam eius.Ut ſi id itelligibile nō habet aliam
foꝛmalem exp̄ſſionē:⁊ ꝙ per nihil aliud pōt eēntial'r
intelligi q̄ per ſeipſum.ſed amās ſm ꝙ hi⁹ non vult
pꝛeſentiam amāti ſolum ꝓpter ipm amorem imo ꝓ-
pter ipſam rē amatā cui q̄tum pōt vult ſe cōiungere.
imo ſm ꝙ hi⁹ q̄tum poſſet uellet ſeipſam trāſfoꝛma
re:ide eſt ꝙ vnire ⁊ trāſfoꝛmare amori appꝛopꝛiant.
ut patet per dionyſiū 4° cap° de diuinis nominib⁹ re
citans uerba hierochea ꝙ ois amoꝛ eſt quedā virtuſ
vnitiua.Diceſ amorem ſiue diuinum:ſiue angelicum:
ſiue intellectualem:ſiue aialē:ſiue nālem vnitiuā quā
da3 dicimus eē virtutē.idē ēt dionyſius oñdit ibidē.
Q2 amoꝛ trāſfoꝛmat qꝛ ponit amātem extra ſe ⁊ col-
locat ipm in re amata dicēs.Q2 eſt aūt extaſim facieſ
diuinus amoꝛ nō dimittēs ſuiipſoꝝ eē amatores ſm
amatoꝝ.diuinus ergo amoꝛ.i.amatoꝛ quo diligimus
deū eſt faciēs extaſim.i.eſt ponēs amātes extra ſeip-
ſos nō permittēs eos amare ſiue ipſos amātes eē ſui
ipſoꝝ:ſ3 facit eos eē amatoꝝ.i.rerū amatarū.Amoꝛ
ei nō ꝑmittit ꝙ amās ſit ſuiipſius ſed cogit amātē eē
rei amate quare ſi trāſfoꝛmare nos in deū ⁊ q̄tum in
ſe eſt ꝙ idē facē cum eo eſt multo maioꝛ q̄ quecunq3
alia vnio noſtri ad deū.ꝯn̄s eſt ꝙ per amorem multo
magis ſum⁹ apti nati vniri deo q̄ per itelligē.¶ Se
cūda via ad hoc idem ſumitur ex parte obiecti:⁊ ex
hoc patebit ſolutio argumenti in cōtrariū.Petebat
eni argumētū id qd̄ eſt in ꝯrio.arguebat eni oppoſi-
tū non ꝓpoſitū.uerū eſt enim ꝙ in diligēdo eſt motuſ
anime ad res ⁊ ꝙ obiectum amoris eſt reſ ut eſt in ſe
ipſa.in itelligēdo v̓o eſt motus rerum ad aiam:itelli-
gitur enim res ſm ꝙ eſt in nobis.diligitur aūt ut dice
bamus ꝓut eſt in ſeipſa.Ex his enim uerbis q̄bus in
nitebatur argumētum uolenſ oñdē ꝙ itellectio plus
nos vnit rei itelligibili q̄ amoꝛ rei amate non argue-
bat ꝓpoſitū:ſ3 oppoſitum.Nā ſi deus ēt in patria in
telligeret hoc eſt ſm ꝙ erit in nobis:⁊ diligeret a no
bis ut eſt in ſeipſo ꝯſequēs qd̄ per intelligē vniet deo
ſm ꝙ erit in nobis.⁊ ſm modū noſtrū.ſed per diligē

vniemur ei ut eſt in ſeipſo ⁊ ſm modū diuinum: ⁊ qꝛ
vnio ad deū ſm modū diuinū eſt multo potioꝛ ⁊ ma
ioꝛ ꝙ̄ vnio ad ipm ſm modū nr̄m: ꝯn̄s eſt ꝙ vnio per
amorē erit potioꝛ ⁊ maioꝛ ꝙ̄ vnio per itelligē. ex ꝑte
ergo ipſi⁹ obiecti diuini qꝛ diligē ut eſt in ſeipſo. itelli
gē aūt ut erit in nobis patet uerū eē qḋ dī. ¶ Tertia
q̇dē via ſumit ex ꝑte modi agēdi. Nā ea que ſunt ṗo
ra origine: ſunt poſteriora ꝑfectiōe. Vn̄ ⁊ aug⁹. 12. cō
feſ. diſtiguit iter ṗus origine: ⁊ ṗus electiōe. Nā origi
ne ⁊ tp̄e flos ꝓcedit fructū. electiōe vō fruct⁹ florem.
Sic ēt ſm eūdē ibidē ⁊ in plib⁹ alijs locis. Et ſi non
tp̄e: ſaltē origine ſemp informe ꝓcedit formatū. Nul
li tn̄ dubiū ꝙ electiōe ⁊ ꝑfectione formatū ꝓcedit in
forme: eo ğ ipſo ꝙ ſm modū itelligēdi ⁊ amādi nr̄m
vnū ꝓcedit aliḋ hoc eſt ꝙ itelligē origine ꝓcedit ama
re. Quia bonū appꝛhēſum eſt obiectū uolūtatis. ut dī
in 3° de aīa. Cōſequēs eſt ꝙ vnio per amorē ſit poti-
oꝛ ⁊ ꝑfectioꝛ. Vtroqʒ ğ mō vnimur rei per itelligē ⁊
amare: ſed hi⁹ vnio in itelligēdo icohat: ſʒ in amore
ꝯſumat. Origine ꝓcedit vnio per itelligē: ſʒ ꝑfectiōe
ꝓcedit vnio per amare. Potioꝛ eſt ğ vnio per amorē
ꝙ̄ per itelligē: ſic̄ ꝯſumatū eſt poti⁹ ꝙ̄ icohatuʒ. Vn̄ ⁊
ph̄s in. 8°. phiſi. ꝓbat motū localē eē ꝑfectiorē oīb⁹
alijs qꝛ eſt poſt oēs alios. Puer eni ṗmo ğn̄at: deide
alterat: poſtea augmētat: ultimo aūt agit: ꝑgit ⁊ loca
liter mouet. nāliter eni videm⁹ ꝙ de iperfecto itur ad
ꝑfectū: de iformi ad formatū: ut ſemp poſteriora ori
gine ceteris ꝑib⁹ ſint ṗora ꝑfectione. Vnio ğ illa per
itelligē ꝑfectiſſima erit in gn̄e ſuo: ſʒ vnio per amorē
ſimplr̄ erit ꝑfectioꝛ. Illa eni vnio. ſ. per itelligere erit
prioꝛ origine: hoc aūt ṗoꝛ ꝑfectiōe. ¶ Ad argumen
tū in ꝯ̄riū dicēdū ꝙ vniri rei ſʒ ꝙ eſt in ſeipſa qḋ facit
amoꝛ: nō eſt vniri ex̄neo. qꝛ amoꝛ ꝙ̄tuʒ eſt de ſe trāſ-
format ⁊ vult idē facē amatē cū amato. Vniri ğ rei.
ut eſt in ſeipſa ꝓut in ipſam rē trāſformamur nō vni-
ri eſt rei ut eſt ex̄nea: ſʒ magis ut eſt eadē. ꝑꝑ qḋ non
ꝯcludebat argumētū. ¶ Id ēt qḋ obiciebat ad ꝓbē
dū ꝓpoſitū ꝙ vnio per amorē eēt maioꝛ ſophiſticum
erat. Nā ille idē hugo qui dicit ꝙ intrat amoꝛ ubi fo-
ris ſtat ſcia. Ait ꝙ ꝓualet q̇dā itellect⁹. Sequit auteʒ
tardus aut nullus affect⁹. Pōt eni ꝯtingere ꝙ intret
amoꝛ ubi foris ſtat ſcia: qꝛ diligimus in via deū per eſ
ſentiā. nō itelligimus autem ipm itellectu eēntiali. ſʒ
ſolū per creaturas. Intrat ğ amoꝛ qꝛ ꝑtingit uſqʒ ad
diligē deū per eēntiā. Vbi foris ſtat ſciētia qꝛ nō ꝑtin
git eēntialr̄: niſi uſqʒ ad creaturas. Pōt ēt ꝑtingere ꝙ
preualet intellectus. nō tn̄ ſequit affectus. Quia mul
ta de diuinis itelligimus. ⁊ de bonis moribus ad que
modicū afficimur. Argumētū ergo id uel non arguit
ſimpliciter. ul' arguit de eo qḋ eſt in via. Vbi foris ſtat
ſcia. qꝛ nō poſſum⁹ in viā vidē deum per eēntiā: ſed li
cet argumētū id ſimpliciter nō ꝯcludat. tn̄ ꝙ̄tū ad id
ꝙ erit in pr̄ia ṗma excludit ſimplr̄. nā ſimplr̄ uerū eſt
ꝙ in pr̄ia vnio per amorē erit perfectioꝛ. Q. ō. VI.

s Ecundo Querebat de creatura ra
tionali in ordine ad deuʒ.
Vtrū eſſet poſſibile ꝙ apte videret deū ⁊ nō
diligeret ipſum. Et arguebat ꝙ ſic. Nam quecunqʒ
ſunt diuerſa ut dicebat pn̄t abinuicē ſeparari. ſed in-
telligē differt realr̄ a diligē. ğ ſaltē virtute diuina poſ
ſet vnū ſeparari ab alio: ut ꝙ vidēs deū nō diliget ipʒ
¶ In ꝯ̄riuʒ eſt: qꝛ illud eſt ſūmum diligibile. videtur
autem omnino impoſſibile ꝙ videns ſūme diligibile
non diligit ipſum. ¶ R° dicenduʒ ꝙ de hoc ſunt opi
niones. Voluerūt enim quidā ꝙ ſaltem virtute diui-
na fieri poſſet ꝙ vidēs deū per eēntiam nō diligeret

ipm: qꝛ ut aiūt poſſet deus ipſaʒ uoluntatē tollē: qḋ ſi
fieret ita eēt ibi actus itelligēdi: ꝙ nō eēt ibi actus uo
lendi uel diligēdi. Hoc ğ mō ꝓcedemus in hac qōne.
qꝛ ṗmo oñdemus ꝙ aliq̇d qḋ nō eſt de rōne rei ſm ſe
uel qḋ origine eſt poſterioꝛ. Eſt tn̄ de rōne rei ꝓut ha
bet eſſe in effectū. ¶ Scḋo declarabimus ꝙ uelle lʒ
ſit poſteri⁹ ꝙ̄ itelligē tn̄ niſi eēt itentio uoluntatis co-
pulans nihil ꝯtingeret itelligē. ita ꝙ nō ꝯuenit intelli
gere. ꝑꝑ qḋ uelle eſt de rōne ipſius itelligē non ſm ſe:
ſʒ ut in effectu. uel eſt de rōne ipſius accipiendo eē de
rōne large ꝓut eē de rōne alterius eſt ſine quo id eſſe
nō pōt. ⁊ qꝛ nō ꝯtingit aliud itelligē niſi ꝯcurrat ibi in
tentio uolūtatis. iō dī ꝙ uelle eſt de rōne ipſius itelli
gere. Nā hoc mō poſteriora eē pn̄t de rōne prioꝛum.
¶ Tertio decl'abimus ꝙ iſta nō pn̄t ſtare. ꝙ ꝯtinge
ret nos uelle itelligē deū abſqʒ eo ꝙ diligam⁹ ipm ta
le itelligē. ¶ Primū eni ſic decl'at. dicim⁹ eni ꝙ eſſe
nō eſt de rōne ipſi⁹ eēntie. ⁊ tn̄ ſm ꝙ eēntia eſt in effe
ctu: eē eſt de rōne ei⁹: qꝛ nō poſſet fieri eēntia ſine eē.
nā hoc mō fit eēntia inꝙ̄tū coīcat ei eē. ¶ Scḋʒ aūt
ſic oñdit qꝛ niſi eēt itētio uolūtatis copulās parētē ꝓ
li: nihil oīno ꝯtingeret itelligē. Nā nō ſuffic ꝙ fiat im
preſſio in ipſa potētia cognitiua niſi per itentionē uo
luntatis feramur ſupra ipſam ipreſſionē. Nā ſi apiret
oculus dormiēti: fieret ipreſſio lucis in ipm oculum.
Ille tn̄ nihil ex hoc videret: qḋ per itentionē uolūta-
tis nō ferret ſupra ipſaʒ ipreſſionē. vn̄ aug⁹. 11°. de tri
ni. ca°. 8°. ⁊. 9°. iſtā mām ꝑtractās ṗ° in. 8°. ca° dicti li
bri. oñdit ꝙ uoluntatis eſt oīa ꝯiungē ⁊ diſiungē. Vn̄
ait ꝙ uoluntas porro ſic̄ adiūgit ſenſum corpi: ſic me
moriā ſenſui: ſic ēt adiūgit acieʒ cogitātis memorie.
Que aūt ꝯciliat iſta ꝯiungit. ipſa ēt diſiungit ⁊ ſepat.
Vult ğ ꝙ ꝯiungē ⁊ diſiungē potētias a ſuis obiectis
ꝑtinet ad uoluntatē. Ad eādē uoluntatē ꝑtinet nō ſo
lū potētiā ꝯiūgē ſuo obiecto: ſed ēt diſiungē qḋ fit in
ipſa potētia ab ipſo obiecto uel a ſpē obiecti. ut ſi ab
ipſo ſenſibili iprimit aliq̇d ſenſui ꝯcurrit ibi itētio uo
luntatis copulans id qḋ eſt ipreſſum ⁊ a quo eſt ipreſ
ſum: ⁊ ſi a ſpē in memoria ſit ſpēs in aciē cogitātis cō
currit ibi itētio uoluntatis copulantis ꝓlem ꝑenti ⁊
ſpēm in acie ſpēi memorie. Querem⁹ ğ ad q̇d req̇rit
ibi itētio uolūtatis. Qꝛ ſi dicat ꝑꝑ ipreſſionē fiēdā in
ipſa potētia cognitiua. Vel ꝑꝑ ꝯſeruādā ibi taleʒ im
preſſionē. patet falſuʒ eē per exēplū qḋ poſuimus de
hoīe dormiēte. Quia ſi apiat oculus dormiētis obie
ctū iprimet in hi⁹ oculo ſilitudinē ſuā: ⁊ ꝯſeruabit eā
ibi. ſic̄ iprimit eā in medio: ⁊ ēt ꝯſeruat nec tn̄ ꝑꝑ hoc
erit ibi viſio qꝛ dormiētes nō vidēt: licet ſomniet ſe vi
dē. Req̇rit itaqʒ itētio uoluntatis nō ſolū ꝑꝑ ipreſſio
nē aliquā cāndā uel ꝯſeruādā: ſʒ ēt ꝑꝑ iudiciū fiendū
de re cognita. Dicem⁹ aūt ꝙ itentio uoluntatis ad co
gnitioneʒ hn̄dā de re aliq̄ pōt req̇ri ꝑꝑ tria: videlicet
Propt̄ debitū ordinē. Propt̄ debitā actualitatē. Et
ꝑꝑ debitū iudiciū. ¶ Propter debitū q̇deʒ ordinē:
Quia pōt q̇s per itentionē uoluntatis auertē ſenſum
a re ſenſibili. ut auertē: uel claudē oculos ne videatur
viſibile: ⁊ aures ne audiat audibile: ⁊ ſic de ſilib⁹ alijs
ut patet per aug^m. 11°. de trini. ca° 8°. ¶ Req̇rit ēt in
tentio uoluntatis nō ſolū ꝑꝑ debitū ordinē: ſic̄ patuit
in ſenſu: ſʒ etiā ꝑꝑ debitā actualitateʒ ſic̄ patet in itel
lectu. Nā cū in intellectu ſint multe ſpēs. nulla eſt tā
te actualitatis ꝙ poſſit de ſe cāre actū itelligendi niſi
per itentioneʒ uoluntatis feramur ſuꝑ fantaſma ut fi
at ſpēs illa magis in actu ſicut appet in nobis. Vel ēt
in angelis. niſi eni angelus per itentionem uoluntatis
ferreret ſuꝑ hāc ſpeciem determinate: non cāretur in

ītellectu ei⁹ per hı⁹ ſpēʒ act⁹ aliq̄s ītelligēdi. ¶ Ter
tio req̄rit̄ ītētio uoluntatis ꝓpter debituʒ iudiciū.
Nā licet per ītentionē uolūtatis poſſimus ſenſus no
ſtros ꝯuertē ad ſenſibilia ⁊ hr̄e debitū ordinē ad ip̄a:
⁊ lʒ per hı⁹ ītentionē poſſit intellectualis creatura ſe
ꝯuertē ſup̄ fantaſma: ſicut apparet in nobis: uel ſuper
ſpēm ītellectualē ſic̄ ꝯtingit eē in angelis ⁊ ex hoc cō
ferre illi ſpēi quendā moduʒ actualitatis. Dato tn̄ ꝙ
eēt ibi debitus ordo: ⁊ debita actualitas: ⁊ ex hoc fie
ret īpreſſio in ip̄ſa potētia cognitiua. niſi ꝯcurreret ibi
ītentio uoluntatis nō eēt ibi debitū iudiciū per hı⁹ ī
preſſionē. Un̄ ſile eēt ſi fieret īpreſſio in medio uel ſi ī
preſſio fieret in oculo dormiētis: ubi nullū eēt iudici
um de re cognita. vn̄ aug⁹. 11. de tri. ca°. 9. tam in ſen
ſu: q̄ꝫ in ītellectu declat. ꝙ opʒ ꝙ ibi concurrat inten
tio uoluntatis. Un̄ ait ꝙ a ſp̄e corporis qd̄ cernit̄ ori
tur ea ſpēs que fit in ſēſu: ⁊ ab hac que fit in memoria
⁊ ab ea que eſt in memoria gignit̄ ſpēs in acie cogitā
tis: quap̄p̄ ut ſubdit uolūtas que parētē cū ꝓle copu
lat p̄mo ſpēm corp̄is: cū ea quā gignit in ſenſu ⁊ ip̄ſaʒ
cū ea que fit in memoria: ⁊ iſtā in memoria facta cuʒ
ea que parit̄ in ītuitu cogitātis: ⁊ ſic̄ eſt in ſenſu: ita eſt
ēt in ītellectu. ꝙ ſine ītentione uoluntatis ꝯiūgēte pa
rentē ꝓli nihil ītelligē poſſum⁹. Nā ⁊ ſi eſſet ibi īpreſ
ſio ſine ītentiōe uoluntatiꝭ: nullū tn̄ eēt iudiciū de hı⁹
īpreſſiōe: nō īplicaret ḡ ꝯdictionē: ꝙ ſi fieret īpreſſio
a diuina eēntia in potētia nr̄a intellectiua: ⁊ ꝙ ꝯſerua
ret ibi hı⁹ īpreſſio abſq̄ʒ eo ꝙ ꝯcurreret ibi intētio uo
luntatis. Sʒ qd̄ de illa īpreſſiōe eēt in nobis aliqd̄ iu
diciū ſine intētione uolūtatiꝭ q̄ꝫtū nobis occurrit eſſe
nō poſſet ſine īplicatiōe ꝯdictionis. Sic̄ ḡ diximˀ de
ſenſu ⁊ de oculo dormientis ꝙ pōt ibi fieri īpreſſio: ⁊
ēt ꝯſeruari ſʒ nō erit ibi viſio. qꝛ nō erit ibi iudiciū de
re īpreſſa: qꝛ nō ꝯcurret ibi ītentio uoluntatis. Sic di
cem⁹ de ītellectu: ꝙ ſi de⁹ cāret īpreſſionē aliquā de
riuatā a ſua eēntia in nr̄a potentia cognitiua: ⁊ ꝯſerua
ret ibi īpreſſionē illā. ſi nō ꝯcurreret ibi ītentio uolun
tatis: nullū eēt ibi iudiciū ꝑ ꝑ hı⁹ īpreſſionē. igit̄ eē nō
pōt ꝙ ītelligam⁹ aliq̄d ⁊ nō ꝯcurreret ibi intētio uo
luntatis. Nā intelligē uel cognoſcē nō dicit ſolā im
preſſionē in potētia cognitiua qꝛ hoc mō ip̄m mediū
cognoſceret. Sʒ ēt dic̄ iudiciū per hı⁹ īpreſſionē qd̄ ſi
ne ꝯcurſu ītentionis uolūtatiꝭ fieri nō pōt. imaginabi
mur q̄dē ꝙ licet ītellect⁹ q̄ꝫtū ad p̄mā ſuā īmutationē
īmutet̄ q̄ſi nāliter: utputa ſi aliq̄ aſſuefactione cogitā
di fiat aliq̄ īmutatio in fantaſia. ⁊ ex hoc fiat īmutatio
in ītellectu ut nō ſit in p̄tāte nr̄a quid nobis ueniat in
mēte. Attn̄ niſi ꝯcurreret ibi ſtatim ītentio uolūtatis
nō fieret aliqd̄ iudiciū per hı⁹ īpreſſionem. ⁊ ꝓp̄rie lo
quēdo nulla eēt ibi cognitio. Nāle eſt eni ꝙ ad īpreſ
ſionē factā in ītellectu ſtatim ꝯcurrat ibi ītentio uolū
tatis: ut per hı⁹ intētionē ꝯcurrentē iudicem⁹ de illa ī
preſſione. Pōt eni ꝯtingē ꝙ hı⁹ intentio ſit fortis uel
debilis ut cū ſum⁹ intēti ad vnū ſenſum ita debilr̄ poſ
ſem⁹ fieri ſup̄ īpreſſionē factam in alio ſenſu: ut nō vi
deat̄ nobis ſentire ſcd̄m illū ſenſum ſentim⁹ q̄deʒ: ſʒ qꝛ
debilis fuit ibi intētio uoluntatis nihil ex hoc fuit re
poſitū in memoria. iō videt̄ nobis nihil ſenſiſſe. vnde
aug⁹. 11°. de trini. ca°. 8°. ait. Qꝛ facile eſt ꝙ cū corā lo
quēte nobis aliq̄d aliud cogitam⁹ nō audiſſe nobiꝭ vi
deat̄. ⁊ ſubdit ꝙ falſuʒ eſt. Immo audiuim⁹: ſʒ nō me
minim⁹ alienatus actu uoluntatis per quē īfigi ſolent
memorie. Uerius itaq̄ʒ ut ait. cū tale aliquid accipit
meli⁹ dicim⁹: ꝙ nō meminim⁹: q̄ꝫ nō audiuimus. Hoc
itaq̄ʒ mō ſaluabim⁹ v̄ba auguſtini. Qꝛ cū cogitamus
aliq̄d aliud corā loquēte nobis qꝛ debiliꝭ eſt ibi inten
tio uolūtatis: debiliꝭ eſt auditio: ut ex hoc nihil repo
nat̄ in memoria. ſʒ ſi nulla eēt ibi intētio uoluntatis:
nulla eēt ibi auditio. pōt ḡ fieri īpreſſio in ſenſu. ſʒ nul
la fit ibi ſenſatio ul̄ iudiciū de re ſenſata ſine intētiōe
uolūtatis. Eodē ēt mō ex p̄te potētie ītellectiue pōt
fieri imp̄ſſio in intellectu: ſʒ nulla erit ibi ītellectio ul̄
nullū erit iudiciū de re intellecta niſi ꝯcurrat ibi intē
tio uolūtatis. ¶ Oñſo ꝙ niſi ꝯcurreret in intelligen
do intētio uolūtatis nihil intelligerem⁹ uel nullū hr̄e
muꝭ iudiciū de re intellecta ꝑꝑ qd̄ patefactū eſt ꝙ nō
pōt eē intellect⁹ in actu ſuo: niſi ſit aliq̄ mō uolūtas in
actu ſuo. Gn̄atione eni uel origine act⁹ intelligēdi p̄
cedit actū uolēdi. Tp̄e aūt uel duratiōe nō precedit
ip̄m imo ſtatim ad imp̄ſſionē factā in potētia cogniti
ua ꝯcurrit ibi intētio uolūtatis ut hēat iudiciuʒ de re
cognita. Hec eni tria videlʒ imp̄ſſio facta in potentia
cognitiua: ⁊ intētio uolūtatis ꝯcurrens ad hı⁹ imp̄ſ
ſionē: ⁊ iudiciū de re cognita per talē imp̄ſſioneʒ pn̄t
ad ſe iuicē p̄oritatē hr̄e ſcd̄ʒ gn̄ationē ⁊ originē. nō aūt
ſcd̄m tp̄s ⁊ durationē. Quia ſi tp̄e ſe p̄cederent: ⁊ p̄us
tp̄e fieret impreſſio in potētia cognitiua q̄ꝫ ꝯcurreret
ibi intētio uolūtatis ex tali intētione nulla ibi ꝓp̄rie
eēt cognitio. qꝛ nullū ꝓp̄riū eēt iudiciū de re cognita.
Quare ⁊ ſi uelle. uel per uolūtatē intēdē. origine eſt
poſterius q̄ꝫ intelligē. ⁊ ex hoc nō ſit de rōne eius ſcd̄m
ſe tn̄ eſt de rōne eius mō quo dictū eſt qꝛ non ꝯtingit
intelligē aliq̄d niſi ꝯcurrat ibi uelle ⁊ intētio volunta
tis. Fit eni nālit̄ p̄us imp̄ſſio in intellectu: q̄ꝫ fiat imp̄ſ
ſio in uolūtate. Sʒ illa imp̄ſſio in uolūtate nō meret̄
dici intellectio niſi ꝯcurrat ibi intētio uolūtatiꝭ. Ideo
nihil ꝯtingit intelligē niſi ꝯcurrat ibi intētio volunta
tis: nec negam⁹ ꝙ licet nō poſſit fieri ītellectio ſine in
tentiōe uolūtatis q̄n origine prius ſit intellectio ſiue
actus intelligēdi: q̄ꝫ act⁹ uolendi: ſʒ nō ſit p̄us tp̄e uel
duratione. ¶ Uerū qꝛ intellect⁹ hoīs nō deſcit forte
aliq̄s ꝑtinaciter aſſerit ꝙ poſſit eē intellectio: dato ꝙ
nō ꝯcurrat ibi intētio uolūtatis adducēs ꝓ ſe v̄ba
auguſtini p̄uꝭ aſſūpta in. 11°. de tri. ca°. 8°: ubi plane vi
det̄ uelle ꝙ ſine intētiōe uolūtatis fiat viſio: ſed nihil
ex tali viſiōe in memoria reponit̄: ut ſi audiēti uel vi
dēti aliq̄d aliud nō audiuiſſe videmur uel nō vidiſſe
ſcd̄m aug^m. falſum eſt nos nō audiuiſſe uel non vidiſſe.
ſʒ uerū eſt nos nō meminiſſe. ¶ Propter qd̄ ſciēduʒ
ꝙ ut p̄us diximˀ īpoſſibile eſt eē iudiciū de re aliq̄ ſi
ne intētiōe uolūtatis. Nā ꝙ aliq̄s dicat̄ iudicare de
aliq̄ ad qd̄ nullo mō eſt attētus: uel intentus eſt oīno
falſum: ⁊ q̄libet in ſeipſo exꝑit hoc eē īpoſſibile. dicē
aūt ꝙ nos intelligam⁹ aliq̄d de quo nihil iudicamus:
nec iudicare poſſum⁹ eſt oīno ridiculū. nullus eni di
ceret ſe intelligē aliq̄d de quo nihil ſciret ul̄ poſſet iu
dicare utrū ſe hr̄et ſic uel ſic. ⁊ utrū eēt hoc uel aliud.
Uerba aūt auguſtini exponi pn̄t ut ſup̄i⁹ expoſuim⁹.
nāle eſt eni ut diximˀ ꝙ ad imp̄ſſionē factā in potētia
cognitiua ꝯcurrat ibi aliqualr̄ intētio uolūtatis: lʒ nō
ſit nāle ꝑſiſtē uel nō ꝑſiſtē in tali intētiōe. qꝛ pōt quis
ad hoc ſe ꝓ uolūtate ꝯuertē. Quare ſaluat̄ dictum
auguſtini ꝙ itētus ualde ad vnū ſenſū: nō di nō ſenſiſ
ſe ſcd̄m aliū ſenſum: ſʒ nō meminiſſe. Quia ex hoc non
oīno tollit̄ ītētio uolūtatis: ſʒ ex hoc ualde debilitat̄.
Redeam⁹ ḡ ad ꝓpoſitū ⁊ dicam⁹ ꝙ nō pōt eē iudici
um de re cognita ſi nō ꝯcurrat ibi intentio uolūtatis.
Iſte tn̄ ꝯcurſus eſt q̄ſi nālis ut nō ſit ſemp̄ in p̄tāte no
ſtra ꝓhibē tale uelle. Poſſum⁹ eni per uolūtatē nr̄aʒ
ꝑſiſtē uel nō ꝑſiſtē in tali ītelligē: ſʒ ſic̄ nō eſt in p̄tāte
nr̄a q̄d nob̄ ueniat in mēteʒ. ita ꝙ nō poſſum⁹ ſimplr̄
ꝓhibē mot⁹ uolūtatis: qui ꝯſequunt̄ ad illos intelle

ctuales motꝰ. Sꝫ ſi v̓tute diuina ⁊ per miraculum ſic
fieret motio in itellectu: ꝙ nulla ex hoc fieret motio
in uoluntate. Nullũ eẽt iudiciũ per illã motionẽ uel i
preſſionẽ ⁊ per ꝯñs nõ eẽt ibi ꝓprie itellectio. Qua-
re declatũ eſt ꝙ nõ eſt itellectio ſine uolitiõe. tp̄e eniꝫ
⁊ duratione iſta ſunt ſimľ licet gñatione uel origine ſe
p̄cedant. ¶ His aũt p̄libatis uolumus declare ꝙ ſic
nõ ꝯtingit itelligẽ deũ ſiue uelle itelligẽ: ⁊ abſqꝫ eo ꝙ
ꝯcurrat ibi itentio uolũtatis. ꝙ nõ ꝯuenit itelligẽ deũ
ſine diligẽ ip̄m. Eſt eni ibi tria ꝯſiderare. videlicet de
um qui intelligit. nos qui intelligimꝰ. ⁊ modũ itelligẽ
di. Tripl̓r itaqꝫ declabimꝰ hãc ueritatẽ. p̄mo ex p̄te
ipſius itelligibilis. ſc̄d̄o ex parte modi itelligendi. ter
tio ex p̄te ipoꝝ itelligẽtium. ¶ Pria via ſic pꝫ ꝙ ẜꝫ
dionyᵐ. 4º. caº. de di. no. Nullum agẽs aſpiciens ad
malũ agit qd̄ agit. malum eni ẜm ip̄m ibidẽ eſt p̄ter fi
neꝫ. p̄reter intẽtionẽ. p̄reter uoluntatẽ. Nihil eni p̄ſti
tuit ſibi finẽ malũ in eo ꝙ malũ. uel intẽdit malũ: ſiue
vult malũ ẜm ꝙ hꝰ. ita ꝙ malũ nõ agit niſi in virtute
boni: ut ibidẽ dionyſiꝰ ait. Si eni malũ mouet uolũ-
tatẽ hoc eſt ſub rõne boni. ut qꝛ apprehendit in eo ꝙ
bonũ. Semp̱ eni bonũ app̄heſum. i. app̄heſum ſ̄b rõ
ne boni eſt motiuũ uoluntatis. ut declarari hẽt in ter-
tio de aïa. Id ḡ qd̄ nullo mõ põt app̄hẽdi ſ̄b rõne bo
ni: nullo mõ ẜm ꝙ hꝰ põt eẽ appetibile. iõ de neceſſi
tate nullus vult eẽ miſer. qꝛ miſeria ẜm ꝙ hꝰ nõ põt
app̄hendi ſub rõne boni. Sic ẽt de neceſſitate q̄libet
vult eẽ beatus qꝛ btitudo ẜm ꝙ hꝰ nõ põt app̄hẽdi
ſub rõne mali. iõ de neceſſitate eſt uolita. p̱p̱ qd̄ augꝰ
13. de tri. caº. 3º. ⁊. 4º. ⁊. 11º. de ci. dei. 27º. caº. ⁊. 10º.
ꝯfeſſ. caº. 12º. hanc declarat ueritatẽ ꝙ oẽs neceſſario
uolunt eẽ bti: ⁊ nulli miſeri. Poſſet ḡ ꝯtingẽ ꝙ nõ di-
ligeremꝰ deũ indirecte rõne forte difficultatis p̱ueni
endi ad ip̄m. Sicut dĩ aliq̄s indirecte nolle ſanitateꝫ:
qꝛ nõ vult potionẽ amarã: per quã iducit ſanitas. uel
forte poſſet q̄s nõ diligẽ deũ idirecte: qꝛ neſciret quã
tum bonũ ſit deꝰ. Sed ſi videremꝰ deũ clare ⁊ iam p̱
ueniſſemꝰ ad ip̄m. qꝛ nõ poſſet app̄hẽdi niſi ſub rõne
boni. nõ poſſemꝰ nõ diligẽ eũ. nec ualet qd̄ aliq̄ dicũt
ꝙ poſſet deꝰ ipſam uoluntatem amouere a nobis: qꝛ
ut eſt per habita declatũ. nõ ꝯtingit nos aliq̄d intelli
gere niſi ꝯcurrat ibi intẽtio uoluntatis. ¶ Scd̄o hoc
idẽ patet nõ ſolum ex p̄te ipſiꝰ intelligibilis: ſed ẽt ex
parte modi intelligẽdi. Nã ut ꝓbat p̄hs in p̄º rheto-
ricoꝝ. Mutari eſt delectabile qꝛ ipſa nã eſt mutabi-
lis. uel ut utamur ꝓprijs uerbis eiꝰ traſmutare eſt de
lectabile: qꝛ in nã fit traſmutatio. Modus aũt intelli
gendi deũ eſt ut intime feramur in ip̄m. Unñ ⁊ illa vi-
ſio nõ erit traſmutatiõi ſubiecta nec mẽſurabit tp̄e ſꝫ
euo. Rõne ḡ modi itelligẽdi delectabile ſemp̱ erit eẽ
in deo: ⁊ nunq̄ nos auertẽ a deo: qd̄ nõ poterit eſſe ſi
ne delectatione dei. Ad hoc auteꝫ ualet qd̄ dĩ in p̄s.
Bti qui hĩtant in domo tua dñe: in ſc̄la ſc̄loruꝫ lauda
bunt te. ⁊ qd̄ dicit augꝰ. 10º. ꝯfeſ. o amor qui ſemp̱ ar-
des ⁊ nunq̄ extingueris: charitas deꝰ meꝰ. bti eni in
ſc̄la ſc̄loꝝ laudabũt te dñm. qꝛ intime ferent in deuꝫ:
ut nõ ſit illa viſio tranſmutationi ſubiecta. Propt̄ qd̄
nunq̄ uolũt ſe auertere a deo: ſed ſemp̱ ardebit in eis
diuinꝰ amor. ¶ Tertio hoc idẽ patet ex p̄te ipſoruꝫ
itelligentiũ. Nã itelligentes ⁊ vidẽtes deũ per eẽnti
am. videbũt ꝙ bonum eoꝝ magis eſt in deo. q̄ in ſe-
ipſis. Sicut ḡ per ſe loquẽdo nullus p̄t nõ diligẽ ſeip
ſum: ſꝫ oẽs diligũt ſeipſos eẽ: ſic qꝛ videbũt ꝙ eorum
eẽ magis reſeruat in deo: q̄ in ſeipſos: ⁊ qꝛ videbunt
ꝙ deus erit magis intimꝰ eis: ⁊ magis faciet ad ꝯſer-
uationẽ eẽ eoꝝ: q̄ ipſi ſint intimi ſibi ⁊ q̄ propria nã
faciat ad ꝯſeruationẽ ſui eẽ. Sicut nullus põt nõ dili
gere ſeip̄m: ita multomagis nullus videns deũ: pote
rit nõ diligẽ deũ. Põt eni aliq̄s uelle nõ eẽ per accñs
rõne miſerie ſibi annexe: ẜm quem modũ loquit augꝰ
11º. de ci. caº. 26º. dicẽs ꝙ qui miſeri ſũt uolũt iterire:
cũ ſe miſeros eẽ ſentiant nõ ut ſeipſos deleãt: ſꝫ miſe
riã potiꝰ auferri uolũt. Per ſe ḡ q̄libet vult ſeip̄m eẽ:
⁊ q̄libet ſeip̄m diligit. Iſtud aũt per accñs p̱p̱ qd̄ poſ
ſet ſeip̄m uelle nõ eſſe. Non aũt poterit eẽ in viſione
dei: ubi nulla miſeria ⁊ nihil poterit eẽ retractiuum a
dilectione illa. ¶ Ad argumẽtũ aũt in ꝯ̄riũ dicẽdũ:
ꝙ lꝫ illa ſint diuerſa. vnũ tñ nõ põt eſſe in effectu ſine
alio. Nã nõ põt eſſe intelligẽ ſine uelle. nec ecõuerſo.
ubi forte uellemꝰ ſumẽ itelligẽ ualde iproprie. ubi qd̄
diceremꝰ itelligẽ aliq̄d abſqꝫ eo ꝙ hr̄emꝰ aliqd̄ iudi-
ciũ de illo ad iudicãdum. Ergo de aliquo oportet ꝙ
ꝯcurrat ibi intẽtio uolũtatis qꝛ ſalteꝫ concomitatiue
oportet ibi talem intẽtionẽ adeſſe. Queſtio. VII.

T Ertio Querebat de creatura rõnali ꝓ
ut per fidẽ fert in deum: ⁊ in ea
que ordinant ad deũ. Utrũ in talibꝰ p̱tinẽti-
bus ad ea que ſt̄ fidei poſſet fieri aliq̄ rõ in ꝯ̄riuꝫ que
non ſit ſolubilis ab hoie ſine ſp̄ali influxu dei. Et ar-
guebat ꝙ oẽs tales rõnes ſt̄ ſolubiles ab hoie. Quia
oẽs rõnes tales ꝯ̄ fidẽ facte ſt̄ falſe ⁊ defectiue ⁊ per
rõnẽ põt app̱ere earũ defectꝰ: ḡ ⁊c̄. ¶ In ꝯtrariũ eſt
qꝛ ẜm p̄hm in 3º metaᶜᵉ. ſoľo dubitatoꝝ eſt manifeſta
tio v̓itatis. Si ḡ oẽs rõnes facte ꝯ̄ fidẽ eẽnt ſolubiles
ab hoīe: ueritas fidei poſſet manifeſtari per hoiem.
hoc eni poſito ut videt ſufficiẽter poſſemꝰ declare ⁊
ꝓbare ueritatẽ fidei. ¶ R̄xº dõm ꝙ hoc ordine ꝓce-
demꝰ in hac q̄õne: qꝛ p̄mo declabimꝰ ꝙ oẽs rõnes fa
cte per hoieꝫ ꝯ̄ fidẽ ſunt ſolubiles ab homine. Scd̄o
oñdemꝰ ꝙ nõ eſt poſſibile ꝙ iſte homo uel ille q̄tũ-
cunqꝫ p̱ſpicacis ingenij ſine diuino influxu ſp̄ali. poſ-
ſet oẽs tales rationes ſoluẽ. Tertio declabimꝰ ꝙ da
to ꝙ oẽs tales rõnes ſoluerent: nõ p̱p̱ hoc poſſemus
ſufficiẽter declare uľ ꝓbare ueritatẽ fidei. In hoc eni
caſu ut patebit nõ hẽt v̓itatẽ illud dictum p̄hi ꝙ ſoľo
dubitatoꝝ eſt mãifeſtatio v̓itatis. ¶ Propter p̄mũ
ſciẽdũ ꝙ licet quo ad nos quedã falſa poſſint eẽ pro-
babiliora: q̄buſdã v̓is ut videt uelle p̄hs in. 8º. thopi
coꝝ. q̄tũ eſt tñ ex parte rei ſemp̱ ſunt ꝓbabiliora fal-
ſis. Unñ p̄hs in p̄º rhetori. cum p̄us dixiſſet ꝙ dialeti
ca ⁊ rhetorica p̄ñt ſil̓r ſillogiçare ꝯ̄ria. Poſtea ſ̄bdit
ꝙ res tñ ſubiecte nõ ſil̓r ſe hñt. lꝫ eni dialetica ⁊ rhe-
torica poſſũt ſillogiçare ꝯ̄ria. ipſe tñ res ꝯ̄rie nõ ſunt
ſil̓r ſillogiçabiles. Sed ut ibidẽ dĩ. ſemp̱ uera nã ſunt
meliora ⁊ ſillogiçare ⁊ p̱ſuaſibiliora ut v̓a eſt. Dicere
ꝙ ḡ fidem ꝓbare nõ poſſumꝰ nõ eſt ꝙ fidei ſubiaceat
uel ſubiacẽ poſſit aliqd̄ falſuꝫ: qꝛ diuina ueritas cui ni
tit fides falli non põt. Sed hoc eſt qꝛ fides eſt ſupra
rõnẽ. iõ ad eã ꝓbandã oẽs rõnes humane deficiunt.
Iõ ap̄ľs. 11. ad hebreos deſcribẽs fidẽ ait. ꝙ eſt argu
mẽtũ nõ apparẽs. eſt eni fides credẽ qd̄ non vides: ⁊
eſt de his que rõni nr̄e non apparẽt. Sed ſi rõnes in
talibꝰ deficiũt ꝓbãtes neceſſe eſt ⁊ ꝙ deficiãt iprobã
tes. qꝛ ut p̄dicimꝰ ſemp̱ uera ſunt perſuaſibiliora ⁊ ſil
logiçare falſis: ⁊ qꝛ rõnes que fiũt ꝯ̄ fidẽ nõ ſupra rõ
nẽ ſunt qꝛ ſi ſupra rõnẽ eẽnt iã rõnes nõ eẽnt. Querit
ſi tales rõnes ductu rõnis ꝓcedũt ⁊ ẜm rõnẽ non ſu-
pra rõnẽ ſunt ⁊ falſe ſunt. qꝛ ꝯ̄ neceſſitatẽ ſunt neceſſe
eſt ut defectiue ſint ⁊ earũ defectꝰ poſſit per rõnẽ cõ
ſpici. q̄cquid ḡ põt per hoiem ꝯ̄ fidẽ via rõnis dici. to
tũ põt ab hoie rõnal̓r ſolui. ¶ Hoc viſo uolumus de
clarare 2ᵐ videlicet ꝙ q̄uis q̄cquid põt per hoiem ꝯ̄

fidē.via rōniſ dici totū poſſit ab hoie rōnalr̄ ſolui.at
tn̄ ab iſto hoie uel ab illo ſine ſpāli dei influxu poſſet
ſolui hec rō uel illa uel multe tales rōnes. Sed ſolui
oēs ē ipoſſibile. Declarandū eſt igit̄ ut hoc appeat quō
intellect⁹ noſter ſe hēt ad v̄itatē: ⁊ quō ad ueritatē fi
dei. Ad v̄itatē q̄dē ſe hēt itellect⁹ noſter: q̄ꝛ eſt aptus
nat⁹ uenire in ipſam difficult̄ ex poſteriorib⁹ ⁊ ꝑ hi⁹
ſenſibilia. Q̄ꝫ aūt ſit ſic patet ꝙ aīa nr̄a multū tꝑis po
nit in ignorātia ⁊ parū in ſcia. Multo eni tꝑe eſt igno
rans ⁊ modico ſciens: ut vult phs in li° de aīa. qd̄ v̄o
per hec ſenſibilia ⁊ a poſteriorib⁹ patet. Quia nr̄a co
gnitio icipit a ſenſu: ⁊ deficiēte ſenſu necē eſt ſciam de
ficē: que ſ̄m illū ſenſum eſt ut declari hēt in ṗ° poſte-
rioꝝ. Sic g̊ ſe hēt itellect⁹ nr̄ q̄ꝛ eſt tenebroſus ⁊ nō
expedit ad ꝑcipiēdā v̄itatē ēt de iſtis ſenſibilib⁹: ſil̄r
derelict⁹ mlt̄o magiſ eſt talis ad ꝑcipiēdā v̄itatē coꝝ
que ſt̄ fidei que ualde vident̄ his que oriunt̄ ſenſibili
bus obuiare. querit̄ ſi videm⁹ oēs gētiles phos ipꝫ ēt
ariſtotelē quē dic̄ cōmētator fuiſſe regulā i nā ubi nā
ut ait oñdit ultimū ſuū poſſe ſic ḡuit erraſſe ⁊ rōnes
ſophiſticaſ de etnitate mūdi: ⁊ de nūo itelligētiaꝝ ne
ſciuiſſe ſoluē. q̄d de his que ſūt fidei. dicem⁹: ꝙ aliq̄s
vn⁹ hō ſine diuo ⁊ ſpāli influxu poſſet oēs rōnes ſol
uē factibiles. ꝯ fidē ꝯſtat nō eē poſſibile. qd̄ eni ratio
nr̄a ſic deficiēs in itelligibilib⁹ non adiūcta ſpālit̄ per
diuū iſluxū in nullo deficiat: ſꝫ oēs rōneſ falſaſ ſoluat
nō eſt poſſibile. pōt eni eſſe ꝙ caueat ſibi ab hoc defe
ctu uel ab illo ⁊ ꝙ ſoluat hāc rōnē defectibilē ul' illā.
Sed ꝙ in nullo deficiat ⁊ ꝙ oēs rōnes defectibileſ ⁊
ſolubiles ab hoie ſoluant̄ eē nō pōt. ¶ His itaqꝫ de-
clatis. uolum⁹ oñdē ꝙ poſito aliquē hoiez oēs rōnes
factas ꝯ fidē poſſe ſoluē: nō ꝑꝑ hic hō uel ille poſſet
ſufficient̄ declare uel ꝓbare ea que ſt̄ fidei. Nā cuꝫ dr̄
ꝙ ſol'o dubitatoꝝ eſt maīfeſtatio v̄itatis. Intellendū
eſt de rōnib⁹ ꝓpꝛijs nō de exneis. Nā qui bn̄ ſcit du-
bitare: eſt pene ꝓpe vidē uerū. Ille eni bn̄ dubitat cir
ca rē aliquā: qui ex nā rei videt difficultates que inde
pn̄t ꝯſurgē. Qui g̊ tales difficultates ſciret ſoluē: ſci-
ret v̄itatē apire ⁊ ꝓbare. Sꝫ ſi ſint rōes exnee: cuiuſ
modi ſt̄ rōnes ad ꝓbādū ꝙ aſtra ſūt ꝑia: q̄ꝛ nō poſſu
mus ad hoc arguē ex ipſa nā rei: q̄ꝛ nā ſupceleſtis coꝛ
poriſ nō ſubiacet cognitioni nr̄e: q̄tū ad nūm aſtroꝝ
ibi exñtiū. Sꝫ argumēta ad hoc fcā erūt logicalia ⁊
exnea. Utputa qd̄ aſtra ſt̄ ꝑia: q̄ꝛ nūſ par videt̄ eē ꝑfe
ct⁹ uel ꝙ aſtra ſt̄ iparia: q̄ꝛ ipar eſt nūs qui nō diuidit̄.
⁊ aſtra ⁊ ul̄r ſupceleſtia coꝛpora nō pn̄t diuidi ul' ſcin
di ſeu ꝑegrinā ipꝛeſſionē pati. Qui eni mille talia ar-
gumēta ſolueret: nihil per ſol'ones hi⁹ ſciret aliq̄d de
v̄itate. Sic ⁊ in ꝓpoſito argumēta que fiūt ꝯ fidē ex
nea ſt̄: q̄ꝛ cū fideſ ſit ſupꝛa rōnē: nulla rō pōt eā attigē
nec ꝓbans nec iꝓꝛobās. Sꝫ oēs tales rōnes pn̄t dici
exnee. Uti eni clare vidētes que nos credim⁹. cū ali-
q̄d arguimus ꝯ fidē pn̄t deridē rōnes nr̄as. ⁊ ēt deri
dere nos tanq̄ iuoluētes ſniās ſ̄monib⁹ impitis. Igit̄
ꝑꝑ ſoluē oēs tales rōneſ ꝯ fidē factas nō poterimus
ſufficient̄ declare ⁊ ꝓbare fidei v̄itatē. ¶ Ad argu-
mētū aūt dōm ꝙ oēs rōnes facte ꝯ fidē defectibiles
ſunt ⁊ ſolubiles ab hoie. Sed non eſt poſſibile ꝙ iſte
hō uel ille ſine ſpāli dei iſluxu poſſet oēs tales rōnes
ſoluēut eſt per hita declatū. ¶ Argumentū ēt aliud
cū dicebat ꝙ ſol'o dubitatoꝝ eſt manifeſtatio v̄itatis
q̄liter debeat itelligi: eſt ēt patefactū. Q̄ō. VIII.

q Quarto Querebat̄ de creatura rō-
nali ut eſt imago dei de his
que ꝑtinēt ad hi⁹ imaginē: ⁊ que nō. Utrum
ſcilicet itellect⁹ agēs ꝑtineat ad imaginē. ⁊ arguebat̄
ꝙ nō: q̄ꝛ imago dei in aīa accipit̄ ut dicebat ſ̄ꝫ memo
riā: itelligētiā: ⁊ uolūtatē. ſꝫ nihil hoꝝ itellect⁹ agenſ
ergo ⁊c̄. ¶ In ꝯriū eſt. q̄ꝛ memoria: itelligētia: ⁊ uo-
luntas nō ſt̄ niſi due potētie. Nā memoria ⁊ itelligen
tia nō ſt̄ niſi vna potētia. itellect⁹ eni poſſibilis ut ſpēſ
retinet. ⁊ ut eſt theſaurus ſpērū dr̄ memoria: ut auteꝫ
per illas ſpēs itelligit dr̄ intelligētia. Quare ſi debet
poni imago trinitatis in aīa: opꝫ ponē tertiā potētiā.
Sꝫ in ꝑte itellectiua pꝛeter intellectum poſſibilem ⁊
uoluntatem non eſt niſi intellectus agens. pertinebit
itaqꝫ hi⁹ intellectus ad imaginem. ¶ Preterea per-
fectio accipitur in anima ſ̄m ꝙ eſt in ea imago trini-
tatis. Sꝫ ſi potentia ꝑtinet ad ꝑfectionem multo ma
gis ꝑtinebit ⁊ act⁹. q̄re ſi itellect⁹ poſſibilis ꝑtinet ad
imaginē multo magis ⁊ agēs. ¶ R° dōꝫ ꝙ ſic̄ in coꝛ
poralib⁹ pōt ſumi imago multis modis: ſic ⁊ in ſpūa
lib⁹. in coꝛꝑalib⁹ q̄dē ipſa lineamenta abſqꝫ eo ꝙ ſint
debito colore ꝑfuſa pn̄t dici imago. ut ſi ſ̄m lineamē-
ta depingeret̄ facies ⁊ ſtatura hois diceret̄ ibi eē ima
go hois. ⁊ ſic accipit̄ imago iperfecte. ¶ Scd̄o mō
poteſt accipi imago in coꝛporalib⁹ pꝛout ipſis linea-
mētis ſupaddit⁹ eſt coloꝛ. ⁊ ſic accipit̄ imago magis
ꝑfecte: q̄ꝛ ꝑfectiori mō repn̄tat̄ imago hois cuꝫ debi
tis lineamētis ⁊ debito colore q̄ cū lineamentis tm̄.
¶ Tertio mō pōt accipi imago nō ſolū pꝛo lineamē
tis ⁊ colore: ſꝫ ēt pꝛo eo ubi hn̄t eē talia lineamēta ⁊
talis coloꝛ. ⁊ ſic tota tabula uocat̄ imago. vñ aug⁹. 15
de trini. ca°. 22°. ait ꝙ imago dr̄ ⁊ tabula ⁊ qd̄ in ea pi
ctū eſt. ſꝫ ꝑꝑ picturā que in ea ſil' ⁊ tabulā noie imagi
niſ appellat. Uult g̊ ꝙ nomē imagis ṗ° ⁊ ṗncipalr̄ dr̄
de pictura. ſꝫ rōne picture dr̄ imago ipſa tabula in q̄
hēt eē pictura. Attn̄ pictura ꝑt ſumi duob⁹ modis. ul'
icōplete ꝓ lineamētis tm̄. uel cōplete ꝓut ipſis linea-
mētis qb⁹ additi ſt̄ colores debiti. Quare tripl̄r ſūet̄
imago in iſtis coꝛꝑalib⁹. videlꝫ pꝛo pictura incōpleta
ut pꝛo lineamētis: ⁊ pꝛo pictura cōpleta: ut pꝛo linea
mētis cū colorib⁹. ⁊ pꝛo eo ubi hec ſt̄ ut pꝛo tota ta-
bula. Sic ⁊ trib⁹ modis ſumet̄ nomē imagis in ſpūali
b⁹ videlꝫ pꝛo ipſis potētijs ſ̄m ſe: ⁊ pꝛo ipſis potētijſ
ut hn̄t eē ꝑfectū: ⁊ pꝛo tota aīa ſiue ꝓ toto hoie. Ipſe
eni potētie ſiue ipe vires aīe ut memoria: itelligētia:
⁊ uolūtas. ita vident̄ eē imago t̄nitatis ſic̄ lineamēta
in coꝛꝑalib⁹ ſt̄ imago ei⁹ cui⁹ ſt̄ lineamēta. Nā ſic̄ per
hi⁹ lineamēta fit ꝓtractio naſi ⁊ oris ⁊ alioꝝ mēbꝛo
rū ad imaginē ei⁹ cui⁹ deſcribit̄ imago. Sic in hi⁹ vi-
rib⁹ aīe ſt̄ quedā ꝓductiones ⁊ origines ad imitatio
nē illi⁹ ſācte trinitatis. Nā ſicut ibi eſt a pr̄e fili⁹: ⁊ ab
utroqꝫ ſpūs ſcūs qui eſt nexus utriuſqꝫ. Sic a memo
ria gignit̄ aliq̄d in itelligētia ⁊ ex utriſqꝫ ꝓcedit amoꝛ
ex utriſqꝫ hēt eē actus uolūtatis qui eſt nexus utriuſ
qꝫ: q̄ꝛ per actū uolūtatis nectit̄ ꝓles parēti. Nectitur
eni per hi⁹ actū ſpēs genitura in itelligētia cū ſpe gi-
gnēte in memoria. ut patet per aug᷑ in multiſ locis in
li° de trini. Sole g̊ hee potētie aīe ſiue hee ſole vires
ſūt hoc mō imago trinitatis: ſic̄ ſola lineamēta in coꝛ
poꝛib⁹ mererent̄ nomē imaginis. ¶ Scd̄o mō acci-
pit̄ imago in ſpūalibus ꝓut hee vires ꝑfecte per de-
bitos hitus ⁊ per debitos act⁹ dicunt̄ eē imago trini
tatis cuius ſil̄itudines repimus in coꝛporibus ꝓut li
neamēta ꝑfecta per debitos colores merent̄ nomen
imaginis. Si eni lineamētis hūanis apponeret̄ coloꝛ
eq̄: nō eſt ibi plena imago hois. ſꝫ qn̄ lineamentis hu
manis apponit̄ coloꝛ ſil'is colori hois. tūc hēt ibi eſſe
ꝓpꝛia imago hois. ſic q̄ꝛ aīa cū ꝯuertit ſe ad iſta infe-
riora aſſimilat̄ iſtis iferiorib⁹. cū ꝯuertit ſe ad ſupio-
ra aſſimilat̄ ſupiorib⁹. cū vires aīe ſūt ꝑfecte per hit⁹

⁊ per actus ꝓut tendit in deũ ſic potiſſime reſuat ſibi
imago dei. ¶ Tertio mõ poteſt accipi imago pro eo
ubi ſunt hi᷒ vires: ⁊ hi᷒ hitus ⁊ hi᷒ actus que ſunt ꝑ
fectiones viriũ ſiue potẽtiarũ. ſicut in corporalib᷒ co
lores ſunt ꝑfectiones linearũ. ⁊ ſic tota aĩa in qua ſũt
iſta uel ẽt tot᷒ hõ dĩ eẽ imago dei ſic̃ ⁊ tota tabula di-
cebat imago. ¶ Cũ g̊ querit utrũ itellectus agẽs ꝑti
neat ad imaginẽ. ſi loqmur de imagine ꝓmo mõ ꝓut
ipſe vires aĩe dicunt imago in qbus repiunt origines
ad ſilitudinem originũ in diuinis. ſic itellect᷒ agẽs nõ
ꝑtinet ad imaginẽ. ſʒ ſi accipiat imago ſcd̃o mõ ꝓut il
le vires nõ ſunt ſm ſe tm̃ ſed ut ſunt ꝑfecte: per actus
⁊ hitus dicunt imago: ſic itellect᷒ agẽs ꝑtinet ad ima
ginẽ. Nã ut declat cõmẽtator in 3° de aĩa. Sicut aer
recipiẽdo ſpẽs recipit ⁊ lumẽ corporale. ſic itellectus
noſter poſſibilis recipiẽdo ſpẽs rerũ recipit ⁊ lumen
itellect᷒ agẽtis. ita ꝙ ipm̃ lumẽ itellect᷒ agẽtis ſit ꝑ-
fectio itellectus poſſibilis cũ aliqd intelligit. Quare
ſi memoria ⁊ itelligẽtia. i. ſi itellect᷒ poſſibilis ut eſt ꝑ
fect᷒ per hit᷒ ⁊ per actus ꝑtinet ad imaginẽ ſcd̃o mõ
dictã: opʒ ꝙ itellect᷒ agens ꝑtineat ad hĩ᷒ imaginem
cũ hĩ᷒ lumẽ ſit ꝑfectio itellect᷒ poſſibilis: ꝓut exit in
actũ in quẽ nõ põt exire ſine ſpẽ: nec ſpẽm põt recipe
ſine lumine. Sʒ ſi accipiat ſpẽs 3° mõ ꝓut tota aĩa uł
tot᷒ hõ dĩ imago. ſic ẽt itellect᷒ agẽs ad imaginẽ ꝑti-
nere põt. Nã ꝙ tabula dicat imago corporalis lʒ eſt
rõne picture: ⁊ potiſſime rõne picture ꝑfecte ſic ꝙ to
ta aĩa dicat imago trinitatis hoc eſt rõne viriũ ⁊ po-
tiſſime rõne viriũ ꝑfectaꝝ: ad quarũ ꝑfectionẽ ꝯcur-
rit lumẽ itellect᷒ agẽtis. Cũ in ipſa ẽt pꝛĩa lumẽ itelle
ctus agẽtis faciat ad ꝑfectionẽ viriũ aĩe: qꝛ hitus ſa-
pientie uel lumẽ ſupernãle qd̃ erit in itellectu nr̃o ele
uans ipm̃ ad viſionẽ dei ꝑſupponit lumẽ itellect᷒ agẽ
tis tanꝗ per lumẽ nãle: ita ꝙ itellect᷒ noſter poſſibilis
per lumẽ itellect᷒ agẽtis tanꝗ per lumẽ nãle ſaltẽ mã
liter hẽbit ꝗdã aptitudinẽ ad recipiẽdum illud lumẽ
ſuꝑnãle. Sic̃ eni creatura rõnalis ex eo ꝙ rõnalis eſt
capax grẽ: qꝛ irrõnalia grẽ capacia eſſe nõ pñt ꝑꝑ qd̃
eẽ rõne mãliter ſe hẽt ad grãm: qꝛ qd̃ eſt tale niſi ꝓhe
at obicẽ eſt aptũ natũ ſuſcipe grãm. ſic lumẽ nãle itel-
lectus agẽtis mãliter ſe hẽbit ad illud ſuꝑnãle lumẽ.
ut ubi ſit alia repugnãtia in nobis ⁊ ut ſit obſtaculũ in
nobis per peccatũ mediãte tali lumine hẽbim᷒ ꝗdaʒ
aptitudinẽ ad ſuſceptionẽ illi᷒ luminis. Hoc g̊ mõ põt
itelligi dictũ aug. in ꝓ° ꝯfeſ. ꝙ ad deũ facti ſum᷒: ⁊ ꝙ
inqetũ eſt coꝛ nr̃ʒ donec reqeſcat in deo: qꝛ exñtes rõ
nales ⁊ hñtes itellectuale lumen poſſem᷒ eẽ capaces
grẽ ⁊ glĩe. ꝑtinet itaqʒ itellect᷒ agẽs ad imagineʒ mõ
quo dictũ eſt. ¶ Cũ g̊ arguit ꝙ illa tria ꝑtinẽt ad ima
ginẽ memoria: itelligẽtia: ⁊ uolũtas quoꝝ nihil eſt in
tellect᷒ agẽs dici debet ꝙ illa tria ꝑtinẽt potiſſime ſʒ
ꝙ hñt eẽ ꝑfectũ per actus ⁊ hitus: ad quorũ ꝑfectio
nẽ ⁊ potiſſime ad ꝑfectionẽ per act᷒ reqrit lumẽ itel-
lectus agẽtis: qꝛ itellect᷒ poſſibilis ſine tali lumine in
actũ exire nõ põt. ¶ Argumẽta ẽt in ꝯriũ facta non
ꝯcludũt qꝛ quocũqʒ mõ ſumat imago itellect᷒ agẽs ꝑ
tinet ad imaginẽ. Nã cũ dĩ ꝙ illa tria nõ ſunt niſi duo
eo ꝙ memoria ⁊ itelligẽtia non ſunt niſi vna potẽtia.
Dici debet ꝙ itellect᷒ poſſibilis ut dĩ memoria ⁊ ut
dĩ itelligẽtia. lʒ ſit vna ⁊ eadẽ potẽtia: ſortitur tñ hoc
nomẽ: ⁊ illud ꝓut hẽt aliud ⁊ aliud offm̃. Nõ eſt eni
idẽ offm̃ retinẽ ſpẽm: qd̃ ꝑtinet ad memoriã: ⁊ ex illa
ſpe exire in actũ: qd̃ ꝑtinet ad itelligẽtiam. ⁊ hoc ſuffi
cit ad hoc ꝙ memoria itelligẽtia ⁊ uolũtas ſunt aliq̃
mõ tria. ⁊ ut aliquo mõ repñtẽt trinitatem qꝛ nõ opʒ
eẽ per oĩa ſilẽ. Immo ualde magna eſt dĩa iter hanc
trinitatẽ ⁊ illã. dato tñ ꝙ ꝓdicta tria eẽnt tres poten-
tie: adhuc magna eẽt dĩa iter hãc trinitatẽ ⁊ illã. cuʒ
ibi trinitas nõ ſint tres potẽtie: ſʒ tres ꝑſone. ¶ Qd̃
aũt arguebat poſtea ꝙ ſi potẽtia ꝑtinet ad imagineʒ
multomagis ⁊ act᷒. uerũ eſt de imagine ꝑfecta qꝛ act᷒
ꝑfectio: endilichia idẽ dicunt. ſʒ non opʒ ꝙ hoc ſit de
imagine iperfecta. Accipiẽdo g̊ imaginem ꝓut ꝓfata
tria ſm ſe dicunt eẽ imago nõ opʒ ꝙ intellect᷒ agens
ſm hunc modum pertineat ad imaginem. Qõ. IX.

q Vinto Querebat de creatura rõna
li ꝓut eſt apta beatificari in
deo ⁊ per deũ. ⁊ erat qd̃ de btis vidẽtibus de
um: utrũ formẽt inde ṽbum. ⁊ arguebat ꝙ ſic. Quia
ut dicebat ṽbũ ꝑtinet ad imaginẽ. ſʒ potiſſime in bea
tis erit imago ꝑfecta g̊ formabit ibi ṽbũ. ¶ In ꝯriũ
eſt qꝛ ſʒ aug^m^ ṽbũ dĩ qd̃ iam iuentũ eſt: qd̃ partũ uel
repertũ dĩ qd̃ ſepe ꝓcedit inqſitio. Querit ſi eſt ṽbuʒ
mentis qd̃ dĩ partus ei᷒ dĩ eẽ qd repertũ ⁊ qd inqſitũ
qꝛ ibi nulla erit inquiſitio nullus erit ibi talis part᷒ ⁊
nullũ formabit ibi ṽbuʒ. ¶ Rꝫ° dõm ꝙ ne laborem᷒
in equoco. Primo diſtinguem᷒ de ṽbo. Scd̃o decla-
bimus ad qd reqrit ṽbũ. Tertio oñdem᷒ ꝙ in viſiõe
illa btã nõ formabit a btis ṽbũ qd̃ ſit realr̃ aliud a di
uina eẽntia. Quarto declabimus ꝙ ipſa diuina eſſen
tia ut eſt a btis cognita in ſeipſa aliq̃ mõ ſortit itentio
nẽ ṽbi: ⁊ aliquo mõ habebit ea que dicuntur de ṽbo.
¶ Propter ꝓmũ ſciẽdũ ꝙ ṽbũ ꝗtuʒ ad pñs ſpectat
põt accipi duplr̃. ꝓmo pro ipſa diffinitione rei: ⁊ ſic ꝓ
pꝛie ſumit ṽbũ. Nã ṽbũ qd̃ foris ſonat ſignũ eſt ṽbi
qd̃ itus latet. ut dic̃ aug᷒. 15°. de trini. ca°. 11°. Sed cõ
ſtat ꝙ ṽbũ qd̃ foris ſonat ſignificat rõnẽ formataʒ in
mente: ſiue diffinitionẽ. qꝛ ut dĩ in 4° meta^ce^. rõ quaʒ
ſignificat nomẽ eſt diffinitio. querit ſi id qd̃ ſignificat
per uerbũ exterius eſt uerbũ in mẽte. ⁊ per ṽbũ exte
rius ſignificat ipſa rõ ⁊ diffinitio rei in mẽte cõcepta.
ꝯñs eſt ꝙ ṽbũ mẽtis de quo loqmur ſit ipſa diffinitio
in mẽte ꝯcepta. qd̃ expſſe dicit aug᷒. 9. de tri. ca°. 10°.
ꝙ diffinitio ꝙ ſit nã hoc eſt ṽbũ ei᷒. ⁊ anſelmus in li°
de grãmatico dicit ꝙ nomẽ aĩalis nihil aliõ ſignificat
ꝗ ſbam aĩatam ſenſibilẽ. Cũ g̊ ſba aĩata ſenſibilis ſit
diffinitio aĩalis id qd̃ ſignificat per nomẽ animalis eſt
diffinitio eius. ⁊ qꝛ hoc dicim᷒ eẽ ṽbũ qd̃ ſignificat ꝑ
nomẽ ipſa diffinitio ꝯcepta in mẽte iterius meret no
mẽ ṽbi qd̃ exprimit per ṽbũ exterius. ¶ Aliomõ põt
dici ṽbũ ipſe act᷒ itelligẽdi ſm queʒ modũ ẽt loquit
aug᷒ eodẽ. 9. de trini. ca°. 10°. ubi ait. ꝙ ṽbũ eſt cum
amore notitia. ipſa g̊ notitia: ſiue ipſe act᷒ itelligendi
ut hẽt eẽ qd ꝑfectũ ⁊ ut ad hĩ᷒ actũ ſequit amoꝛ ⁊ de
lectatio meret nomẽ ṽbi. ſed ſic nõ accipit ṽbũ oĩno
ꝓpꝛie. Nã ṽbũ iterius eſt illud qd̃ exprimit ⁊ ſignifi-
cat per ṽbũ exterius. ut illud eſt ṽbũ lapidis iterius
qd̃ ſignificat per hoc nomẽ lapis exteri᷒. Cõſtat aũt
oꝛſum.aut queris de inſtāti mēſure pꝛopꝛie aut de in
ſtanti menſure nō pꝛopꝛie cuiuſmodi eſt tēpus qḋ eſt
paſſio pꝛimi motus.Si de inſtāti mēſure pꝛopꝛie nō
in eodem inſtāti erit ſurſuꝫ ⁊ deoꝛſum.imo quot erūt
ibi ſucceſſiones mutatorū eſſe:tot erunt ibi ſucceſſio
nes inſtantiū.ſed inter illa inſtātia nō cadet tēpus me
diuꝫ:ſed ſuccedēt ſibi imediate adinuicē ſicut ⁊ in ta
li motu qꝛ fit ſine reſiſtētia imediate adinuicē ſibi ſuc
cedant mutata eſſe.Sed ſi queris de inſtātia mēſure
nō pꝛopꝛie ſicut in eodē inſtāti erit coꝛpus ſic motuꝫ
ſurſum:⁊ deoꝛſuꝫ.qꝛ omnibꝰ illis inſtātibus nō reſpō
debit niſi vnuꝫ inſtās in celo.Et ideo phs vult ꝙ mo
tus in uacuo fiat in inſtāti loquēs de inſtāti qḋ reſpon
det in celo:qꝛ ſi loqueretur de inſtāti mēſure pꝛopꝛie
nō fieret in inſtāti ſed in iſtantibꝰ:⁊ qꝛ poteſt eſſe ſuc-
ceſſio abſqꝫ eo ꝙ ſit aliquid maius erit ſucceſſio inter
inſtantia mēſure pꝛopꝛie:⁊ nō ſimul uerificatur oppo
ſita:ꝙ̄uis omnia illa iſtātia nō ſint quid maius ꝙ̄ vnū
inſtans:duo ergo oppoſita eſſe ſimul in eodem inſtan
ti menſure pꝛopꝛie eſt impoſſibile:qꝛ tunc illa oppoſi
ta eſſent ſimul.Et inde eſt ꝙ qꝛ in tota eternitate dei
nō eſt niſi vnū inſtās:ſi deus nūc eēt albus:⁊ hinc ad

mille annos fieret niger ſimul eēt albus ⁊ niger: ſʒ in eodē inſtāti mēſure aliene eē oppoſita ſiſ̄ nō eſt incōueniēs. cū vni ⁊ eidē inſtāti mēſure aliene pn̄t rn̄dere multa inſtātia ⁊ mēſure ꝓ̄pe: ſicut vni ⁊ eidē puncto in linea ꝯtinua pn̄t rn̄dere infinita pūcta in lineis itercisis ſup vno ⁊ eodē pūcto linee ꝯtinue poſſent collocari infinite linee intercise ad modū lineaꝝ ꝓcedentiū a centro ad circūferētias: quo poſito vni ⁊ eidem pūcto in potētia in linea ꝯtinua rn̄dent infinita pūcta in actu in lineis itercisis. Sic vni ⁊ eidē inſtāti in celo poſſunt rn̄dere infinita inſtantia in motu facto in uacuo. Qua ḡ rōne ſi deus nūc eēt alb⁹: ⁊ hinc ad mille annos fieret niger: eēt albus ⁊ niger: qꝛ toti iſtāti tp̄s nō reſpōdet niſi vnū inſtās in eternitate. ſic ex ſilitudine. in ꝯ̄rium ſi in eodē inſtanti in celo corpus motū in uacuo eēt ſurſum ⁊ deorſum: nō eēt ſimul hic ⁊ ibi: qꝛ illi vni inſtāti in celo rn̄derent multa inſtātia in mēſura ꝓpria. ¶ Hijs itaqꝫ ꝓlibatis uolum⁹ declarare tertiū principalr̄ ꝓpoſitū quō vnū ⁊ idē inſtās pōt hēre rōneʒ pluriū ſignoꝝ. Nam hi⁹ inſtans uel cōparatꝰ ad mēſurā uel ad mēſurata. ⁊ ſi ad mēſurata: uel hoc erit mēſurata mēſure ꝓ̄pe uel mēſure aliene. ſi cōparet ad ip̄am mēſuram. ſic habet uel hēre pōt rōnē pluriū ſignoꝝ inq̄tuʒ eſt pricipiū hui⁹ ⁊ finis alteri⁹ ut idē inſtans reſpectu mēſure ꝓprie. i. reſpectu tp̄is qḋ eſt ſua mēſura quā efficit. hēt rōnē pluriū ſignoꝝ: qꝛ eſt p̄ncipiū futuri ⁊ finis p̄teriti: dr̄ inſtās cōparari ad ꝓ̄pam menſurā qn̄ cōparat ad tēpus: ⁊ dr̄ ꝙ tepus eſt ꝓpri⁹ effectus ei⁹: qꝛ inſtās motū dr̄ facere tēpus. Inſtās ḡ hui⁹ mēſure: hēt uel hēre pōt rōnē pluriū ſignoꝝ: qꝛ ⁊ pūctus ⁊ linea hēt uel pōt hēre hui⁹ rōneʒ: qꝛ ſi ſit linea cōtinua ⁊ ſit pūctus in potetia ſemp hēt rōnem pluriū ſignoꝝ. uel ſi ſit pūct⁹ in medio ſemp hēt rōnē que eſt p̄ncipiū vni⁹ partis linee ⁊ finis alteri⁹: ſʒ puncta in lineis intercisis uel puncta in p̄ncipio ēt in fine linee: uel ſi eēnt pūcta per ſe exſtētia nō haberent hi⁹ rōnē pluriū ſignoꝝ. Sic ⁊ in ꝓpoſito inſtās in quo incepit tp̄s nō habuit rōnē plurium ſignoꝝ: ſed ſic fuit principiū futuri ꝙ nō fuit finis p̄teriti. ⁊ iſtans in quo finiet ſic erit finis p̄teriti ꝙ nō erit p̄ncipiū futuri: ſic ſi tp̄s eēt q̄d itercisuʒ ꝙ inter duo tp̄a eſſet dare duo inſtātia ſicut in lineis itercisis iter p̄les lineas eſt dare plura pūcta. Sic nullū taliū inſtantiū hēret rōnē pluriū ſignoꝝ: ſʒ vnū eēt finis preteriti ad eēt p̄ncipiū futuri: eodem ēt mō ſi inſtātia faceret tp̄s uel ſi mutata eſſe facerent motū ꝙ cogeremur ponere ſi fieret motus in uacuo. tunc hi⁹ tp̄s nō eēt q̄d ꝯtinuū: ſʒ hēret ſe ſicut numerus cōpoſit⁹ ex vnitatib⁹. inſtātia ḡ illa nō eſſent ꝯtinua: nec ſm̄ ꝙ hi⁹ eēnt ex cōtinuis: ſed eēnt cōponētes ſicut vnitates cōponūt numerū: ⁊ qꝛ partes numeri nō copulant ad aliquē terminū cōem nō eēt ibi dare aliqḋ tale inſtans qḋ eēt cōis termin⁹: uel qḋ hēret rōnem duoꝝ ſignoꝝ: ut ꝙ eēt p̄ncipiū vni⁹ ⁊ finis alteri⁹. ſic ergo dicendū eſt de inſtātib⁹ ut comparant ad menſurā: ſed ut cōparant ad menſurata: ſi illa mēſurata ptinēt ad mēſurā ꝓpriā: tūc vnū ⁊ ideʒ inſtās nō pōt hēre rōnem pluriū ſignoꝝ: nō ſm̄ eē: ⁊ eſſe: ſed ſm̄ eē ⁊ nō eſſe. ut ſi ex albo fiat nigrū: nō eſt dare inſtās in quo ultimo eſt albū ⁊ p̄mo eſt nigrū. ſʒ dabim⁹ inſtās qḋ eſt ultimū albi ſm̄ nō eē: ⁊ pricipiuʒ nigri ſm̄ eſſe. vnū ergo ⁊ idem inſtās comparabit ad album ſm̄ negationē: ⁊ ad nigrum ſm̄ affirmationē. Hanc autē duplicē cōparationeʒ ſi uellem⁹ appellare plura ſigna vnū ⁊ iden inſtans hēt rōneʒ plurium ſignoꝝ. Hoc etiā modo vnū ⁊ idem inſtans hēt rōneʒ pluriū ſignoꝝ reſpectu p̄teriti ⁊ futuri: nō ꝙ ſimul ſit preteritū ⁊ futurū: ſed ꝙ in illo inſtāti eodem deſinit eſſe preteritū: ⁊ incipit eſſe futurū: ſed in eodē inſtāti deſinit eē album: ⁊ incipit eē nigrum. ſed ſi comparet inſtans ad mēſurata nō ꝓpria ſic inſtans poſſet hēre rōnem plurium ſignoꝝ etiā ſm̄ eſſe ⁊ eſſe: qꝛ ſi fieret motus in uacuo in eodē inſtāti in celo eſſet illud corpus ſurſum ⁊ deorſum: lʒ non in eodē inſtanti mēſure proprie. patet ergo quō oppoſita cōparant ad motū. ⁊ quō inſtans habet rōnem pluriū ſignoꝝ qḋ declarare uolebamus. ¶ Qḋ v̊o obiciebat ꝙ inſtans hēt rōnem ultimi ideo nō poteſt habere rōnem plurium ſignoꝝ. patet ꝙ ſic habet rōnem ultimi vni⁹ ꝙ poteſt habere rōnem principij alterius.

p **Oſtea querebatur** De ente creato in ſpeciali. Circa qḋ querebat dupliciť. p̄mo de ente m̄ali ſiue ſenſibili. ſcḋo de rōnali ente. Circa ens autē m̄ale ſiue ſenſibile mouebat triplex qō. vna ꝙ hi⁹ ens cōparat ad formā ſpecificā ſiue ad formā ſubalē: ⁊ erat qō. Utrum via nāe poſſet generari uel fieri noua ſp̄es que nunꝙ fuerit facta. Secundo querebat de hi⁹ ente per cōparationē ad formā accidētalē ꝓut hi⁹ forma hēt idētitateʒ uel diuerſitatē ſpecificā: ⁊ erat qō de intēſiōe ⁊ remiſſiōe hui⁹ forme. Utrū forma accidētalis intenſa ⁊ remiſſa ſit eadeʒ ſpecie. Tertio querebat de ente materiali ⁊ ſenſibili prout cōparat ad formā intenſaʒ ⁊ remiſſaʒ quātum ad identitatem ⁊ diuerſitatem numeralem. Utruʒ forma accidentalis intenſa ⁊ remiſſa ſit eadeʒ numero.

Queſtio. VIII.

a **D primum** ſic ꝓcedebatur. Arguebat eniʒ ꝙ poſſet via nature fieri noua ſpecies. quia poſſet aliq̄ maſſa cōgregari in aliquo loco in quo nunꝙ fuit. ⁊ habē aliquē aſpectū ad ſolē quē nunꝙ habuit: quo poſito poſſet aliquid nouū fieri qḋ nunꝙ fuit factū: ⁊ poſſet incipere noua ſp̄es in vniuerſo. ¶ In ꝯtrariuʒ qḋ dr̄ eccle. p̄°. ꝙ nihil ſub ſole nouū: nec ualet quiſꝙ dicere ecce hoc eſt recens. Jam eni preceſſit in ſeculis que fuerūt ante nos: ſed nō eſt ut ibi dicit prioꝝ memoria: videt eni ibi uelle ꝙ nihil fiat nouū: ⁊ ſi videatur aliquid eſſe nouū hoc eſt quia nō eſt memoria ꝙ fuerat aliquādo cū fuerit. ¶ R̷° dicēdum: ꝙ fieri aliquā nouā ſp̄em in vniuerſo via nature. uel hoc intelligit de corporib⁹ ſimplicib⁹: uel de corporib⁹ mixtis. ſi itelligat de corporib⁹ ſimplicib⁹ ꝯſtat ꝙ corpus ſimplex nō eſt corpus q̄tum cuiuſmodi eſt celū qḋ eſt nō habēs ꝯtrariū: uel eſt corpus elementale. Fieri igitur nouā ſp̄em ſm̄ corpora ſimplicia hoc eſt ꝙ fieret nouum celum uel elementū: quoꝝ utrūqꝫ eſt impoſſibile. Nouū enim celum via nature fieri nō poteſt: quia quodlibet celoꝝ ꝯſtat ex tota materia ſua: ut nec ip̄ʒ celum poſſit corrumpi in aliud: nec aliud poſſit ꝯuerti in ipſum ut nullo modo q̄tum ad motum ⁊ formā poſſit accidere nouitas circa celos. nō ergo pōt fieri nouū celum via nature: nec etiā nouū elemētuʒ q̄tū ad ſp̄em: uel q̄tum ad elemētum totū. Scḋm parteʒ enim ſemp fit nouitas in elemētis: ut ſm̄ hanc parteʒ hoc elemētum corrumpitur: ⁊ hoc elemētum generatur. ſed ꝙ totū elemētum generat: uel ꝙ totū corrumpat: uel ꝙ fiat nouū elementum qḋ nunꝙ fuerit: ut ꝙ fiat elemētum aliquod: uel corpus aliqḋ qḋ nec ſit ignis: nec aer: nec aqua: nec terra non eſt poſſibile qḋ quidē elemēta ſm̄ ſe tota nō ſunt generabilia nec corruptibilia. patet ex ꝓbatione phoꝝ qui oſtendūt ea hoc mō eſſe perpetua. Sʒ ꝙ non poſſit fieri nouū

elemētum aliud ab iſtis quatuoꝛ. oſtēdit ph̄s in 2° de
gn̄atione. cuʒ eni elemēta ſunt ꝑma coꝛpora in ſpera
actiuoꝝ ⁊ paſſiuoꝝ: qꝛ oia alia coꝛpora exn̄tia in hiꝰ
ſpera cōponunt ex ipſis: opʒ hiꝰ elemēta uelut pꝛima
coꝛpora in ſpera actiuoꝝ ⁊ paſſiuoꝝ hēre in ſe duas
q̄litates: vna actiuā: ⁊ aliā paſſiuā. alr̄ eni nō eēnt pꝛi
ma in gn̄e actiuoꝝ ⁊ paſſiuoꝝ niſi haberēt in ſe duas
hiꝰ q̄litates. hoc dictat rō. ⁊ huic ꝯcoꝛdat ſenſus. Cū
eni ꝑme q̄litates ſint q̄tuoꝛ. due q̄ſi actiue ut calidū ⁊
frigidū. due q̄ſi paſſiue ut humidum ⁊ ſiccū. ⁊ hec rō
ꝯcoꝛdat ſenſui: ⁊ ſenſus rōni. ut q̊libet elemētū hēat
hiꝰ q̄litates: qꝛ nō ſolū ad hoc rōne īducimur: ſʒ etiaʒ
ſenſibilr̄ expimur. ſ. ſic eē. Dicemꝰ ḡ ꝙ cū ad eē elemē
ti requirat̄ duplex ꝑma q̄litas: ⁊ qꝛ cū nō ſint niſi qua
tuoꝛ hiꝰ q̄litates: ſolū ſex modis cōbinari pn̄t: quarū
cōbinationū q̄tuoꝛ ſunt poſſibiles: ⁊ due īpoſſibiles.
ſm ergo has quatuoꝛ q̄litates ſolū q̄tuoꝛ elemēta eē
pn̄t. Erit eni vna cōbinatio calidi ⁊ ſicci: que cōpetit
igni. Alia calidi ⁊ hūidi: que aeri cōpetit. Tertia hu
midi ⁊ frigidi que cōpetit aque. Quarta frigidi ⁊ ſic
ci que cōpetit terre. Poſſent aūt hÿs q̄tuoꝛ combina
tionibꝰ ſupaddi due cōbinationes ut cōbinaret̄ cali-
dū cū frigido: ⁊ humidū cum ſicco. que ꝯbinationes
ſūt īpoſſibiles: qꝛ oppoſita ſimul eē nō pn̄t. Secūdū
has igit̄ q̄tuoꝛ q̄litates cōbinationes poſſibiles ſunt
ſoluʒ q̄tuoꝛ. ꝓpter qd̄ nō pn̄t eē niſi q̄tuoꝛ elemēta: ⁊
hec eſt rō phi in loco ꝑaſſignato ſumpta ex poſſibili-
tate cōbinationū. Pōt tn̄ ad hoc idē alia rō aſſigna-
ri nō ſolū ex poſſibilitate cōbinationū: ſʒ ex oppoꝛtu
nitate cōbinationū. Jō eni dicimꝰ ꝙ ad eē elemēti cō
currit duplex q̄litas. pꝛima actiua. alia paſſiua. Quia
elemēta ſunt ꝑma coꝛpora nō ſolū in gn̄e actiuoꝝ: ſʒ
etiā in gn̄e paſſiuoꝝ. Dato ḡ ꝙ frigidū poſſet cōbina
ri cū calido. talis aūt cōbinatio poſito ꝙ eſſet poſſi-
bilis nō eēt opatiua nec ꝯgrua elemētis: qꝛ illud ele-
mētū ſolū hēret q̄litates actiuas nō paſſiuas. ſic etiā
poſſet cōbinari humidū cū ſicco talis cōbinatio non
eēt oppoꝛtuna nec ꝯgrua elemētis: qꝛ illō elemtū nō
hēret q̄litates actiuas ſʒ paſſiuas. ḡ tā ex impoſſibili
tate q̄ ex oppoꝛtūitate: ſiue ex ꝯgruitate cōbiationū
nō poterūt eē niſi q̄tuoꝛ elemēta. Cū querit̄ utꝝ poſ-
ſet fieri noua ſpēs q̄tū ad coꝛpa ſimplicia: ſi hoc refe
rat̄ ad ip̄ʒ q̄ntū coꝛpus: cuiuſmodi eſt celū pʒ hoc nō
eē poſſibile: qꝛ ibi nō eſt motꝰ q̄tuʒ ad foꝛmā. ⁊ illud
nō patit̄ aliquā ꝑegrinā ipꝛeſſionē: nec aliā nouitateʒ
ſʒ foꝛmā. Si v̊o referat̄ ad ip̄a elemēta patet hoc ēt
nō poſſe eē poſſibile. Nā fieri nouū elemtū: qd̄ nun-
q̄ fuit. duplr̄ poſſet ꝯtingē: uel ꝙ a pꝛincipio nō erant
niſi tria elemēta: ⁊ ſic fuit factū nouū elemētū: qꝛ inci
pit eē elemētū q̄rtum. Uel ſi nō erat niſi vnū: aut duo
incepit eē talis nouitas: qꝛ īceperūt talia de nouo eē:
⁊ hoc via nature: ut querebat qd̄ eſt īpoſſibile: qꝛ via
nature ⁊ ſm hūc oꝛdinē quē videmꝰ q̊libet elemētū
ſm ſe totū eſt ingn̄abile ⁊ incoꝛruptibile. Hn̄t eni ele
mēta quādā adequationē ſm ſuas v̄tutes: ⁊ ſi vnum
elemētū hēt dn̄iuʒ ſup aliud hoc eſt ex aſpectu ſupce
leſtis coꝛpis: ut ex aſpectu ſignoꝝ calidoꝝ. Elemēta
calida hn̄t dn̄ium ſup frigida ⁊ ex aſpectu frigidoꝝ:
frigida ſup calida: ⁊ qꝛ celum oꝛbiculariter circūdat
terrā: ⁊ mouet̄ circa ip̄am: ꝓpt̄ qd̄ ſi in vna pte dn̄ant̄
ſigna frigida: in alia dn̄ant̄ calida: uel ſi in vno tpe do
minant̄ frigida: ⁊ in alio dn̄ant̄ calida: ut nunq̄ totalr̄
frigida dn̄ent̄ ſup calida: nec ecōuerſo. ꝓpt̄ qd̄ nun
q̄ totalr̄ pn̄t coꝛrūpit alia elemēta: ſʒ totū reducit̄ ad
circulum ſicut ipſe motus celi eſt circularis: ut in hac
parte hn̄t dn̄iuʒ frigida in illa calida. ⁊ poſtea frigida

circulariē ⁊ ecōuerſo. cū ḡ via nāe qd̄ nō eſt coꝛrupti-
bile nō eſt gn̄abile: ſicut via nāe nō pōt coꝛrūpi tota-
liter aliqd̄ elemētū ꝙ nō remaneāt niſi tria: uel etiaʒ
paucioꝛa elemēta. Jta via nāe nō potuit gn̄ari de no-
uo aliqd̄ elemētū: ut cū nō eēnt niſi tria uel pauciora
elemēta ſm partē ſiquidē ſūt talia coꝛruptibilia ⁊ ge
nerabilia: nō aūt ſm ſe tota. Poſſet aūt v̄tute diuina
hoc fieri ꝙ vnū elemētū ſʒ ſe totū coꝛrūperet̄ in alia
uel generet̄ ex aliÿs: nō aūt ſm nāe curſuʒ. ¶ Rurſuʒ
nō eſt ēt poſſibile ꝙ exn̄tibꝰ q̄tuoꝛ fiat q̄ntū de nouo:
uel ſextū: qꝛ ut oſtenſuʒ eſt nō ſunt poſſibiles niſi qua
tuoꝛ cōbinationes q̄litatū pꝛimaꝝ. ꝓpt̄ qd̄ nō pn̄t eē
niſi q̄tuoꝛ elemēta. ¶ Uiſo quō nō poſſet fieri noua
ſpēs via nāe q̄tuʒ ad coꝛpora ſimplicia. reſtat videre
utrū poſſit hoc fieri q̄tū ad mixta. Dicemꝰ q̄dē ꝙ coꝛ
pora mixta ꝑfecta: ⁊ potiſſime aialia ꝑfecta via natu
re nullo mō patiunt̄ nouā ſpēm. Nā illa dicunt̄ aialia
ꝑfecta que pn̄t ſibi ſilem gn̄are. talia aūt nunq̄ fuerit
niſi a ſibi ſilī in ſpē ſm quē modū loquit̄ phs in 2° phi
ſicoꝝ. ꝙ hō generat hoiem ex mā ⁊ ſol: ſic equꝰ gn̄at
equū ex mā ⁊ ſol: ⁊ q̊libet aliō ꝑfectū in v̄tute ſolis
ſiue in v̄tute ſupceleſtis coꝛpis generat ſibi ſile in ſpe
cie. Jta ꝙ ſi nō ꝑcedūt ſilia ſpē nunq̄ eēt generatio ta
liū: ⁊ qꝛ nunq̄ generant̄ talia niſi ꝑcedētibꝰ ſimilibꝰ in
ſpecie nunq̄ pōt fieri in eis noua ſpēs. Jn talibꝰ q̄deʒ
determinata eſt nā ut vnꝰ ſit modus in eis coicādi nā.
quecūq; eni aialia ab aialibꝰ nō per putrefactionē: ſʒ
per gn̄ationē fiūt: nō niſi vno mō fieri pn̄t. ⁊ inde eſt
ꝙ quecūq; ex cōmixtione diuerſoꝝ aialiū generant̄
nunq̄ gn̄at: ut mulus qui fit ex equo ⁊ aſina nunq̄ ge
rat. ⁊ mula nunq̄ in uētre poꝛtat: ſʒ ambo ſūt ſteriles.
Si eni mulus uel mula ex ſe gn̄arent uel generarent
muluʒ: uel nō mulū. Nō pōt dici ꝙ gn̄arēt mulum: qꝛ
tūc mulus fieret duplr̄ ab aſino ⁊ a mulo: uel ab equa
⁊ a mula. ⁊ dictū eſt in talibꝰ vnā nām vno mō coica-
ri. nec ēt dici poſſet ꝙ gn̄arent nō mulū: qꝛ tūc agens
nō aſſilaret ſibi paſſū: qꝛ nō eſt dare mediū iter mulū
⁊ nō mulū. relinquit̄ tales beſtias eē ſteriles. Jpſa eni
ſterilitas eaꝝ quā ſenſibilr̄ videmꝰ ducit nos in hanc
ueritatē ꝙ in talibꝰ non niſi vno mō nā coicet̄. Que ḡ
fiūt a ſibi ſilī in ſpē via nāe non pn̄t alr̄ fieri niſi ꝑſup-
poſito aiali ſilis ſpēi. Propt̄ qd̄ nunq̄ in talibꝰ poteſt
de nouo ſpēs alia gn̄ari. ¶ Sʒ ſi loq̄mur de aialibꝰ
īperfectis ut de eis que nō gn̄ant ex ſilibꝰ ſibi in ſpē:
nec gn̄ant ſibi ſileʒ ſpēʒ. Dicemꝰ ꝙ ad gn̄ationē taliū
opari pōt ars ⁊ caſus. Ars q̄dē qꝛ ex arte ⁊ induſtria
hūana eſt īuentū ꝙ fiat mulus ex aſino ⁊ equa: ſic ēt
ex īduſtria humana poſſent aliq̄ aialia diuerſa ꝯiungi
⁊ facē tertiū aial. Caſus q̄dē operat̄ in talibꝰ: qꝛ pn̄t
aliq̄ caſualr̄ ꝯiungi: in q̄bus caſualr̄ reſultaret aliq̄ pu
trefactio ꝓpt̄ qd̄ caſualr̄ ꝯtingeret inde aliq̄ generari.
Sic ergo diſtinguit phs de nā ⁊ arte in 7° meta$^{ce}$. ꝙ
aliq̄ fiūt a nā aliq̄ ab arte. aliqua ꝑtim a nā ⁊ ꝑtim ab
arte. ſic ēt poſſumꝰ diſtiguē de nā ⁊ caſu. qꝛ aliqua fiūt
a nā aliqua a caſu: aliq̄ ꝑtim a nā ⁊ ꝑtim a caſu. Sʒ lʒ
hec diſtinctio ſit trimēbꝛis q̄tū ad ꝑfectibilia gn̄alr̄.
nō aūt pōt eē niſi bimēbꝛis q̄tū ad ip̄a gn̄alia ni coī-
cat ip̄a nā ⁊ ſubalis foꝛma. nō eni talia pn̄t fieri ſoluʒ
ab arte: quia nunq̄ per artē tm̄ inducit̄ niſi foꝛma ac-
cidētalis: nec pn̄t talia fieri ſolū a caſu: qꝛ ſm cōmen-
tatorē qd̄ facit ſemen in hÿs que fiūt ex ſemine: facit
putrefactio in hÿs que fiunt ex putrefactiōe. ſicut er-
go nō ex quolibet ſemine generat̄ q̊libet aial: ſed ex
determiato ſpēe determinatū aial: ſic nō ex q̄libet pu-
trefactiōe generat̄ q̊libet tale aial: ſʒ ex determiata
putrefactiōe determinatū aial: ⁊ qꝛ que ſūt a caſu ſm

ꝙ hi⁹ indeterminata ſunt: qꝛ in talib⁹ ſemꝑ eſt aliqua determinatio: ipoſſibile eſt ea eē ſimplr a caſu. Nō ḡ erūt talia a caſu ſimplr rōne determinationis. nec ab arte ſimplr rōne forme ſubalis: ſꝫ uel erit a nā nō coopante arte: uel erit a nā cū aliqua coopatiōe artis: ꝛ ſicut pnt eē a nā cū opatione artis: ſic pnt eē a nā cuꝫ interuētione caſus. vnde dicit phs in. 12. dicit ꝙ forte fiūt per ſe: ꝛ a caſu alia que generant ex putrefactiōe. In talib⁹ autem pōt iteruenire caſus q̄tuꝫ ad ꝯgregationē actiuoꝝ ꝛ paſſiuoꝝ. ſꝫ opꝫ ꝙ ibi iteruenīat qd eſt neceſſariū ꝛ per ſe: qꝛ nō niſi ex determiata putrefactiōe pōt fieri determiatū aial. Dicam⁹ igit ꝙ naturalē iclinationē hēt maſculus ad feminā: nā eiuſdēq ſpēi ut colūbus ad colūbā: equ⁹ ad aquā. ꝑpter generationē in talib⁹ ſimplr poſſumus attribuē nāe: qꝛ ꝛ ſi ꝯcurrat ibi appetit⁹ hoc erit ex quadā iclinatiōe nāli. ſilr in hijs que fiūt ex putrefactiōe. Nāle eſt eni ut recitat cōmētatoꝛ in. 12. ꝙ ex carnib⁹ bouinis generant apes: ꝛ ex vino coꝛrupto muſciliones: ꝛ qꝛ nāle eſt ꝙ fiat coꝛruptio circa carnes bouinas: ꝛ circa liquoreꝫ vini talia et poſſum⁹ attribuē nāe: ſed qñ fit cōmixtio aialiuꝫ diuerſaꝝ ſpēꝝ ibi pōt coopari ars. ꝛ qñ fit putrefactio ex cōmixtione diuerſoꝝ: qꝛ caſualr ꝯiungūtur in talib⁹ hēt iteruenire caſus. Cū ḡ querit utrum via nāe poſſit noua ſpēs fieri ſi referat hoc ad coꝛpa ſimplicia. patet ꝙ non: ſi hoc referat ad coꝛpa mixta ſiue hi⁹ mixta fiant uel per ḡnationē uel per putrefactiōnē uel quōlibet alr ſi talia ſic fiūt a natura qd nō coopat ibi ars: nec iteruenit ibi caſus. quia illa determinata ſunt: ꝛ determinato mō fiūt: nec poterit in eis noua ſpēs incipe: ſed ſi cooperat ibi ars uel iteruenit ibi caſus: nō eſt incōueniēs nouā ſpēꝫ in talib⁹ incipe. quia ſicut per induſtriam artis inuēta ſit ḡnatio muli ex aſino ꝛ equa. Sic per artis induſtriā poſſent diuerſa aialia ꝯiungi: vñ poſſet noua ꝓles oriri cui⁹ nō preceſſerat ſilē. Sic ſi iteruenīat ibi caſus nō eſt incōueniens ex ꝯiūctione aliquoꝝ caſualr alicui⁹ ḡnationeꝫ fieri que nunq̄ facta fuerit. Qd vo arguebat: qꝛ nihil nouū eſt ſub ſole: intelligēdū eſt de hijs que fiūt naturaliter ubi nō cooperat ars: nec iteruenit caſus. uel intelligēdum eſt: qꝛ nihil nouū ſit quod nō fuerit: uel in ſe uel in ſuis cauſis. Uel dicendum eſt ꝙ ibi ſalomon loquitur ut cōcionatoꝛ qui induit perſonam nō ſicut exprimens ueritatem: ſed ſicut exprimens vulgi ſententiam. Queſtio. IX.

s **Ecūdo querebatur** de ente ſenſibili: ſiue de ente nāli per cōparationē ad formā accidentalē ꝭm idētitatē ꝛ diuerſitatē ſpēi ꝛ erat qd. Utrū forma accidētalis intenſi ꝛ remiſſi ſit eadē ſpecie. ꝛ arguebat ꝙ nō: qꝛ motus non exit niſi de ꝯrio in ꝯriū. cū ḡ fiat mot⁹ de intēſo ad remiſſuꝫ ꝛ ecōuerſo. ergo in talib⁹ eſt ꝯrietas: ſed quecūq ſint ꝯria differūt ſpecie. ḡ ꝛc. ¶ In ꝯtrarium eſt qꝛ ut dicebat ꝙ mā extēſa ꝛ nō extenſa nō dicit aliā eſſentiā materie. ḡ q̄litas intēſa ꝛ nō intenſa nō dicit aliā nām qualitatis: ꝛ per ꝯñs nō iportat differētiaꝫ ſpecificā. ¶ Rñ⁹ dicēduꝫ ꝙ cū dixim⁹ formā accidētalē aliquā utputa q̄litatē intēdi ꝛ remitti ibi eſt tria cōſiderare. videlicet formam ipſam qua intendit ꝛ remittitur. ꝛ agēs aliqd per qd intendit ꝛ remittit. ꝛ ſubiectum in quo intendit ꝛ remittit. Propter qd hac triplici via poſſum⁹ inueſtigare ueritateꝫ qōnis queſite. ¶ Pria ergo via ſumit ex parte ipſi⁹ forme. Nā ut ꝓbat in 7⁰ phiſicoꝝ uera vniuocatio nō eſt niſi in ſpecie ſpāliſſima: nec ꝓꝑe eſt comparatio ut ibidē inuit. niſi ubi reꝫ vniuocatio. Cū ḡ ꝓprie ſumat ꝭm intēſuꝫ ꝛ remiſſuꝫ. qꝛ hoc nō dicit eē alio albius uel nigrius: qꝛ albedo ꝛ nigredo intēſiori modo ſunt in ipſo: opꝫ ꝙ intēſuꝫ ꝛ remiſſum ſumant ꝭm idētitatē ſpēi. Ideo cōe dictū hēt ꝙ magis ꝛ minus nō diuerſificāt ſpēm. Et nos in quibuſdā qōnib⁹ noſtris declarauim⁹ ꝙ maius ꝛ minus ꝭm gradus in eēntia diuerſificāt ſpēm: qꝛ hi⁹ forme ſunt ſicut numeri. vñ ſicut in numeris q̄libet vnitate addita uel ſubtracta uariat ſpēs numeroꝝ: ſic ꝭm gradus eſſentie quolibet tali gradu addito: uel ſubtracto uariat nā forme ꝛ cōſtituit alia ſpēs. Sed ꝭm gradus in eſſe ꝭm quos gradus ꝓprie accipit cōparatio magis ꝛ minus nō diuerſificant ſpēm: ꝛ qꝛ magis ꝛ min⁹ intēſum dicūt gradus ꝭm eē: qꝛ eadem forma ꝑut hēt eē magis ꝛ min⁹ ꝑfectū in ſbo dicit hēre eē magis ꝛ min⁹ intēſum. Cōſequens eſt ꝙ itēſum ꝛ remiſſum ſi ꝯſideram⁹ ipſaꝫ formā nō diuerſificāt ſpēꝫ. vnde phs in poli. vult ꝙ principari ꝛ ſeruire differūt ſpecie. magis aūt ꝛ minus nihil. ¶ Scda via ad hoc idē pōt ſumi ex pte ipſi⁹ agētis: qꝛ loquēdo de nālib⁹ agentib⁹ ueritatē hēt qd dicit phs in 2⁰ de ḡnatione. Q idē manēs idē ſemꝑ facit idem. ſi enim ab eodem agēte nāli eodē mō ſe habēte fiet diuerſa: hoc erit ex diuerſitate recipiētiū: ſic idē ſol eodē mō ſe habēs indurat lutū ꝛ liquefacit ceram. ſed ꝙ idē agēs eodem mō ſe habēs reſpectu eiuſdem ſubiecti diuerſa faciat nō eſt rōni ꝯſonū. Cū ḡ intenſuꝫ ꝛ remiſſuꝫ hēant fieri ab eodē agente in eodē ſbo. Ut idem ignis qui calefacit aquā ꝛ per diuturnā actionē facit ipaꝫ intenſi⁹ calidā: caloꝛ intēſus ꝛ remiſſus ſpē differre non pōt. ¶ Tertia via ad hoc idē ſumit ex parte ipſi⁹ ſubiecti ſi ꝯſiderem⁹ q̄liter in ipſo ſbo intēdit ꝛ remittit foꝛa. Dicem⁹ eni ꝙ ſicut ſe hēt agens ad agere: ſic ſe habet forma ad eē. ꝑpter qd ſicut ab eodē agēte in mā magis diſpoſita fit perfectioꝛ actio: ſic ab eadeꝫ eſſentia forme ſi iueniat ſbm magis diſpoſitū cauſat perfecti⁹ eſſe ꝭm formā illā ut ꝭm eūdeꝫ caloꝛē hēbit hoc ſbm magis eē calidū q̄ pri⁹ ſi ſit magis diſpoſituꝫ nunc q̄ prius. Intenſuꝫ ḡ ꝛ remiſſuꝫ nō dicit aliā ꝛ aliā eēntiā forme: ſed dicit eādē eēntiā cū alia ꝛ alia diſpoſitione ſubiecti. Ex parte itaq ipſi⁹ ſbi ꝭm maiorem ꝛ minorē diſpoſitionē fit intēſioꝛ ꝛ remiſſioꝛ eadē forma. propter qd itenſum ꝛ remiſſum nō diuerſificant eſſentiā forme: ꝛ per ꝯñs nō uariant ſpēꝫ. ¶ Qd vo obiciebat ꝙ mot⁹ eſt de ꝯrio in ꝯriū opꝫ ibi ꝯrietatē accipe large. ꝑut ſumit ꝯtrarietas nō ſoluꝫ ꝭm eſſentiaꝫ forme ꝑut eſſentiam vni⁹ forme ꝯriat alteri ꝭm quē modū ſemꝑ hēt eē diuerſitas ſpēi: ſed et ꝑut ſumit hi⁹ ꝯrietas ꝭm eē ipſi⁹ forme: ꝭm quē modū etiaꝫ phs ait. ꝙ magis calidū hēt quādā ꝯrietateꝫ ad min⁹ caliduꝫ. Et in 3⁰ thopi. dicit ꝙ illud eſt albi⁹ qd nigro eſt ipermixti⁹: ꝭm quē modū ꝯrietas reperit in eadē forma ꝑſuppoſita alia ꝛ alia diſpōne ſbi. ergo ibi erit aliquis modus ꝯrietatis nō ꝭm eſſentiā forme: ſꝫ ꝭꝫ eſſe ꝛ diſpoſitionē ſubiecti. Queſtio. X.

t **Ertio querebatur** de ente ſenſibili: ſiue de nāli per cōparationē ad formā accidentalē intēſam ꝛ remiſſam q̄tum ad idētitatem ꝛ diuerſitatē nūalē: ꝛ erat queſtio. Utrū forma intēſa ꝛ remiſſa differat numero. ꝛ arguebatur ꝙ ſic: qꝛ ſi remanet eadem numero ꝭm intenſionem ꝛ remiſſionem non erit uariatio ut dicebat niſi ꝭm in eſſe qd habet forma ut eſt in ſubiecto. Erit ergo ſoluꝫ uariatio non ipſius forme abſolute. ſed per comparationem ꝛ relationem quā habet ad ſubiectū. Erit ergo motus

ad ſolā relationē qđ eſt ipoſſibile. ¶ Jn ꝯrium eſt ut
dicebat ꝙ qñ eſt motus ſm intēſionē ⁊ remiſſionem
non eſt motus ſm partes forme: ⁊ qr remanet eadē
forma ut dicebat: ⁊ tota. oportet ꝙ ſit eadē numero.
¶ Rñºdicēdū: ꝙ illis trib⁹ vijs quib⁹ inueſtigabamus
formā intēſam ⁊ remiſſam eē eadē ſpecie: poſſum⁹ in
ueſtigare ꝙ per ſe loquēdo erit eadē nūero. ¶ Prio
eni hoc patet ex parte ipſius forme. Naꝫ ut dicebat
nō eſt uera vniuocatio niſi in ſpecie ſpecialiſſima. For
ma ergo intēſa ⁊ remiſſa ut patet ex qōne precedenti
dicūt idē ſm ſpēm. Cū ergo in eodē ſbō poſſit eē hi⁹
intenſio ⁊ remiſſio: nō ſolū formā intēſam ⁊ remiſſaꝫ
dicim⁹ nō differre ſpecie: ſꝫ ēt nō opꝫ eam differre nu
mero. imo qr forma per ſe loquēdo nō diuiditur. Si
autē diuidit hoc eſt per accidēs rōne materie: ſic for
ma intenſa ⁊ remiſſa ꝙtuꝫ eſt ex parte forme erit ea
dem numero: qr poterat fieri in eodē ſubiecto nume
ro: ⁊ ēt ex pte nature agētis. qr poterat fieri ab eodē
agente numero uel etiā ſpecie. quia hoc ſufficeret ad
hi⁹ idētitatē: ſuppoſita idētitate ſubiecti per accidēs:
tñ ut ex corruptione ſubiecti. uel ex poſitione forme.
uel ex diuerſitate materie poterit ꝯtingere ꝙ forma
intenſa ⁊ remiſſa erit alia ⁊ alia numero. ut ſi ex aere
fiat ignis intēdet ibi forma caloris: ⁊ cū iam nō erat
factus ignis calor ſic intenſus nō erit idē numero cuꝫ
calore qui prius hēbat eē remiſſum: ſed hoc erit per
accidens. ſ. ex corruptione ſubiecti. ut qr corrupt⁹ eſt
aer ⁊ factus eſt ignis nō erit idē calor numero qui eſt
in igne genito: ⁊ qui erat in aere corrupto: ⁊ maxime
cū hi⁹ qualitas ſimbola hi⁹ eſt calor in quo cōuenitur
aer ⁊ ignis relatus ad elemēta ſe tenent ex parte for
me cui⁹ qualitatē ſimbolaꝫ nō diximus eadē manere
in re gñata ⁊ corrupta: ſicut nec foīa manet. ¶ Se
cūdo hoc pōt ꝯtingere per accidēs nō ſolum ex cor
ruptione ſubiecti: ſed etiā ex corruptione uel ex gene
ratione forme: ut ſi aqua generet calida: ⁊ poſtea ifri
gidet. ſi rurſus regeneret calida ⁊ fiat intenſior cale
factio in qu nūc ꝙ prius calor qui factus eſt intenſior
nunc in aqua ꝙ prius fuerit nō erit idem calor cum ſe
priori. quia quoꝝ ſubſtātia deperit nō redeunt nume
ro. Sed ſi uellemus ꝓprie loqui magis regeneratus
eſt alius calor ꝙ ſit intenſior factus calor. Per acci
dens ergo ex corruptione uel regeneratiōe forme in
tenſum ⁊ remiſſum pñt differre numero. ¶ Tertio
hoc pōt ꝯtingere per accidēs nō ſoluꝫ ex corruptiōe
ſubiecti: uel ex regeneratiōe forme ſed ex diuerſitate
materie. Ut ſi hoc corpus fiat calidū remiſſe: ⁊ aliud
fiat calidū intenſe. Calor ſic intenſus ⁊ remiſſus cum
fiat in alia ⁊ alia mā numero nō poterit eē idē nume
ro. Forma ergo intenſa ⁊ remiſſa quātum eſt de ſe nō
ſolum eſt eadē ſpecie qđ ſemp ꝯtingit: qr diuerſa ſpe
cie eſſe nō pōt: ſed etiā ꝙtum eſt de ſe ſemp eſt eadeꝫ
numero: qr nunꝙ forma eadem ſpecie ꝙtum eſt de ſe
diuidit: ſed ſi diuidat hoc eſt rōne ſubiecti: ut qr ſbm
corrūpitur: ⁊ fit alia forma numero. Uel qr in eodeꝫ
ſubiecto corrupta regeneratur. ⁊ ideo hēt eē diuerſa
numero: uel qr in alio ⁊ in alio ſubiecto efficit. ⁊ ideo
nō eſt eadē numero: tñ ſi iſta per acidens remoueant
erit foīa intēſa ⁊ remiſſa ſemp eadē nūo. ¶ Qđ vº
obiciebat ꝙ ſi ſm intēſionē ⁊ remiſſionē maneret ea
dē forma nūo nō eēt ibi uariatio niſi ſm eē ⁊ ſm rela
tionē forme ad ſbm ꝓpt qđ eēt motus in ad aliquid.
Dicemus ꝙ eē qđ dat formā ſbō nō eſt relatio tm̄: qr
relatio ſm ſe nullaꝫ cōpoſitionē facit in eo in quo eſt.
Ut ſi aliquid eſt albū ⁊ ſile. non eſt cōpoſitio ꝙ qđ eſt
album tm̄: ita ꝙ ſilitudo quātūcunqꝫ ſit relatio realis
nullam ulteriorē cōpoſitionē facit in ſili ultra cōpoſi
tionē ſui fundamēti. Sꝫ eē qđ dat forma ſbiecto uel
materie cōpoſitionē facit in ipſo: ut ſi ꝙtitas dat māe
extenſum eē: uere mā habebit partes: ⁊ erit cōpoſi
tior ſic extenſa: ꝙ ſi nō eēt extēſa. ⁊ ſicut mā uel ſbm
aliquod extēderet per quātitatē. ſic efficit per quali
tatē. Et ſicut per eſſe extēſuꝫ qđ dat quātitas eſt ſbꝫ
cōpoſitiuſ: ſic per effectuꝫ quē dat qlitas rei ſubiecte
cōpoſitiorē reddit. Jn intenſione ergo ⁊ remiſſione
forme fit motus ad eē ꝑfectius uel imperfectius ſm
illam formā cui⁹ motū nō dicim⁹ eē relationē tm̄ que
nullam cōpoſitionē facit in ſubiecto: ⁊ que pōt aliqđ
acquirere etiā de nouo nulla mutatione facta in ipſo.
Nō erit ergo hi⁹ motus ad aliquid ꝙ facit compoſi
tionē in ſbō: ⁊ ꝙ nō pōt ſbm de nouo habere niſi per
mutationē factā in eo. potiſſima enim cā quare in ad
aliqđ nō eſt mot⁹ eſt qr pōt aliqđ de nouo referri ſine
mutatione facta in eo: ſed nō eſt ſic de eē qđ dat foīa.
Nā lꝫ de nō ſimili poſſit quis fieri ſimilis: ⁊ ecōuer
ſo. ⁊ eo in nullo mutato: tñ de eē perfecto alicui⁹ for
me ad eſſe iperfectū ſm illā formā: uel ecōuerſo non
pōt ſbm ire niſi per mutationē in eo factā niſi accipe
retur hi⁹ eē perfectū ⁊ iperfectū nō ſm ſe ſed ſoluꝫ in
cōparatione ad alia. ſicut vnū ⁊ idē nō mutatū reſpe
ctu vni⁹ eſt albius: reſpectu alteri⁹ min⁹ albuꝫ ſm quē
modū nos loquimur de intēſione ⁊ remiſſione: loqui
mur eni de forma intenſa ⁊ remiſſa ꝓut ſbm magis ⁊
minuſ ꝑficit. ⁊ dat ei magis intēſum uel remiſſum.

p **Oſtea querebatur** de en
te rōnabili accipiendo rōnabile large ꝓut
angeli ⁊ homies rōnales eē dicunt. Circa
qđ querebat tripl'r. Naꝫ quedā querebant cōia ange
lo ⁊ homini. quedā querebant ꝓpa hoi. quedaꝫ fiebat
queſtio ꝓpa angelo. Circa cōia angelis ⁊ hoibus que
rebant qōnes quinqꝫ ſm ꝙ in angelis ⁊ hoibus. ꝙtū
ad pñs ſpectat quiqꝫ ꝯſiderari poſſunt. ¶ Prio ꝓut
tam angelus ꝙ homo cōparat ad ſuū eſſe ⁊ erat qō.
Utrū tam angelus ꝙ hō: ſiue ꝙ aīa humana ex eo ꝙ
eſt ꝑceptiua vitatis hēat eē incorruptibile. ¶ Scđo
tam angelus ꝙ hō ſiue aīa humana nō ſolū pōt cōpa
rari ad ſuū eē: ſꝫ ēt ad ſuas potentias. ⁊ circa hoc erit
qō. utrū eēntia āgeli ꝙ aīe humane ſit cā efficiēſ ſuaꝝ
potētiaꝝ. ¶ Tertio tā in angelo ꝙ in hoie vna po
tentia pōt cōparari ad aliā. ut voluntaſ pōt cōparari
ad potētias aliaſ. ⁊ circa hoc erat queſtio. Quō uolū
tas mouet potētias alias. utrū per influxū: uel qual'r.
¶ Quarto tam in angelo ꝙ in hoie intellectiuo pōt
cōparari ad ſuū actū. ⁊ circa hoc erat qō quomō fiat
actus intelligēdi utrū fiat per ꝯtactū. ¶ Quinto qr
tam in angelo ꝙ in hoie nō ſolum eſt intellectus: ſed
etiā uoluntas pōt cōparari ad actū ſuū. circa qđ erat
queſtio. Utrum in actu uolūtatis poſſet eē merituꝫ ſi
uolūtas nō moueret ex ſe. Queſtio. XI.

a **D primum** ſic ꝓcedebat. Oſtē
debatur ꝙ creatura
rōnabilis quecūqꝫ ſit illa ex eo ꝙ eſt ꝑcepti
ua ueritatis nō ſit imortalis ſiue incorruptibiliſ: quia
vitas ꝯſiſtit in quadā adequatiōe: ipſa aūt adequatio
pōt tolli a creatura rōnali ut aīa que nunc eſt adequa
ta alicui reijciens uel cōſiderans de ueritate eius pōt
illā adequationē admittere qr pōt obliuiſci illi⁹ ueri
tatis. ſi ergo illa adequatio pōt tolli ⁊ poteſt eē cor
ruptibilis ꝓpter perceptionē hi⁹ adequatiōis nō ar
gueret res aliqua eē incorruptibiliſ. ⁊ ſi dicat ꝙ circa
angelū non cadit obliuio. dicem⁹ ꝙ ex ſola ꝑceptione

ueritatis:ut arguit argumētum hoc nō ꝯcludetur ꝙ angelus eſſet incoꝛruptibilis:ſʒ ex eo foꝛte ꝙ tali mō percipit ueritatē. ¶ In ꝯtrarium eſt qꝛ in quocunqꝫ ſbo eſt aliquid qđ eſt ſemp:opʒ illud ſbm eē ſemper. nō eni pōt eē ſempiternitas actualis ſine ſempiternitate ſubiecti. Cū ergo ueritas ſit quid imoꝛtale ⁊ ꝗd incoꝛruptibile in quocūqꝫ hēt ſe ueritas:⁊ quicꝗd eſt perceptiuū ueritatis opʒ ꝙ ſit quid imoꝛtale ⁊ incoꝛruptibile. ſi eni ſemp eſt uerū ut idē auguſtinus inuit in libꝛo de imoꝛtalitate aīe ꝙ linea tranſiens per medium circuli ſit maxima lineaꝝ factarum in circulo in quocūqꝫ hēbit eē iſta ueritas que eſt ſemp:opʒ illud ſubiectū eē ſemp. ¶ R° dicēduʒ:ꝙ aliqñ ueritas ſequit actū potētie ſolū. nō aūt ſe habet ut quid perceptiuū uel ut ꝗd iudicatiuū apud potētiā ſm quē modū ēt in ſenſu eſt ueritas:qꝛ ſenſus de ſuo obiecto apprehēdit qđ ueꝝ eſt:⁊ dicit eē qđ eſt:ut apprehendit oē albū qđ eſt albuʒ:⁊ licet ſenſus apphēdat eē albū qđ eſt albū:tñ qꝛ nō eſt ſupꝛa ſe ꝯuerſiu' ṽitas ꝯſequit actū ei'. ſenſus tñ nō dicit hāc ueritatē percipere ut reflectat ſe ſupꝛa ſe:⁊ iudicet ſe ueꝝ iudicare. ſed ſenſus ſolū apprehēdit obiectū:in qua apphēſione quedam ueritas ꝯſiſtit. Aliqñ ṽo ueritas non ſolū ſe hēt ut ꝯñs actū potētie:ſʒ ēt eſt illud de quo potētia iudicat ⁊ diſcernit ut in apphēſione itellect'. Nā nō ſolū ueritas ꝯſequit hi' actū (ſi intellectus nō decipiat) in apprehēdendo:ſʒ ēt intellect' iudicat de ipa ueritate ⁊ de quiditate ueritatis ꝯſiderās ⁊ diſcernēſ quid eſt ueritas:⁊ in quo ꝯſiſtit ueritas. Ideo dicit anſelmus in libꝛo de ueritate:ꝙ ueritas eſt rectitudo ſola mēte perceptibilis. Nā ſi alie potētie ſenſitiue recte iudicant:de ipſa tñ rectitudine nō iudicant:nec ꝗd eſt rectitudo ſciūt diſcernē. Qđ ğ ſic eſt perceptiuuʒ ueritatis ꝙ de ipſa quiditate ueritatis ſciūt diſcernere de neceſſitate eſt imoꝛtale ⁊ icoꝛruptibile. ꝓpt qđ aug' 11° de imoꝛtalitate aīe. Arguit aīam eſſe imoꝛtalē:qꝛ hoc mō eſt perceptiua ueritatis. ¶ Propter qđ ſciēdū ꝙ moꝛtalitas ⁊ coꝛruptibilitas rei ex duobus pōt colligi. uel ex mālitate ei'. uel ex ꝯ̄rietate. Ex mālitate quidē qꝛ dicit in 8° meta[cc]. Mā eſt ꝓpter quā res pōt eſſe ⁊ nō eē. Ex ꝯ̄rietate ṽo:qꝛ ut patet ex pͥmo phiſicoꝝ. gñationes ſunt ex ꝯ̄rijs:⁊ in cōtraria. imo utrūqꝫ requiritur ad hoc ꝙ aliquid ſit coꝛporale uel moꝛtale. ⁊ ꝙ hēat māʒ:⁊ ꝙ hēat eā ſubiectā ꝯ̄rietati. Nā lʒ ꝯ̄rietas nō poſſit ſine mā eſſe:iuenit tñ mā ſine ꝯ̄rietate. ut in celo. ideo dicimus celū incoꝛruptibile: qꝛ hēt mām nō ſubiectā ꝯ̄rietati. Foꝛma eni celi non hēt ꝯ̄rium qđ declarat motus ei':qꝛ motui circulari nihil eſt ꝯtrarium:ut patet ex pͥmo celi ⁊ mūdi. Si ğ utrūqꝫ requirit ad hoc ꝙ aliquid ſit coꝛruptibile uel moꝛtale ꝙ hēat mām cū ꝯ̄rietate:qđ eſt ab utroqꝫ ſemotū opʒ imoꝛtale eē. Oſtēdere ꝙ quid eſt ꝑceptiuū ṽitatis:eſt ſemotū a mā ⁊ a ꝯ̄rietate. ¶ Propt primū ſciendū ꝙ foꝛma aliqua eſt mālis rōne ſui ⁊ rōne ſbi. Aliqua aūt eſt mālis nō rōne ſui:ſʒ rōne ſubiecti. Aliqua ṽo nullo mō eſt mālis. Dicem' itaqꝫ ꝙ foꝛma pōt ꝯſiderari ſm triplex eē. videlicet ut hēt eē reale in mā. ut hēt eē intētionale in ſenſu. ⁊ ut hēt eē abſtractū in itellectu. Ut hēt aūt eē reale in mā dicit eē materialis ⁊ rōne ſui:⁊ rōne ſbi. uel qđ idē eſt:dicit eſſe mālis rōne modi exiſtendi quē hēt:⁊ rōne rei in qua exiſtit. Foꝛma quidē ſic accepta eſt mālis rōne ſui uel rōne ſbi uel rōne modi exiſtendi quē hēt:qꝛ babet eē mō māli. Eſt ēt mālis rōne ſbi:uel rōne rei in qua exiſtit:qꝛ hēt eē in re māli. Sʒ ſi ꝯſideret talis foꝛma ut hēt eē itētionale in ſenſu nō erit mālis rōne ſui:qꝛ nō hēbit eē māle ſed intētionale. Uel nō dicet eē mālis rōne modi exiſtēdi:qꝛ modus exiſtēdi intētionalr nō dicit eſſe mālis. i. eo mō quo ſuſcipit mām:ſed magis dicit eē ſine mā. ideo dicit in 2° de aīa qđ eſt cōe omni ſenſui ꝙ ſit ſuſceptiuus ſpēꝝ ſine mā. Dicit eni ſenſus ſuſcipere ſpēs ſine mā:qꝛ nō ſuſcipit eas māliter:ſʒ intētionalr. Foꝛma itaqꝫ hñs eē intētionalr in ſenſu nō dī eē mālis rōne ſui:uel rōne modi exiſtendi quē hēt. Dicit tamē eſſe mālis rōne ſbi:uel rōne rei in qua exiſtit:qꝛ eſt in oꝛgano coꝛpali ⁊ māli. ſʒ foꝛma abſtracta in intellectu utroqꝫ mō dicitur imālis ⁊ rōne ſui:ſiue rōne modi exiſtēdi quē habet:⁊ rōne ſubiecti:ſiue ratiōe rei in qua exiſtit. Nam ſi foꝛma ut eſt in ſenſu eſt imālis rōne ſui:uel rōne modi exiſtēdi:multomagis hoc hēbit foꝛma in intellectu. Nā ſi mō māli eſſet in ſenſu uel in itellectu. i. ſi eſſet ibi eo mō quo eſt in mā cū foꝛma ꝓut hēt eſſe in mā ſolū ſic rō eſſendi nō cognoſcēdi:qꝛ mā per foꝛmā quā habet in ſe ſolum hēt ꝙ ſit nō ꝙ aliquid cognoſcat. ſi ſenſus uel intellectus recipet iſto mō poſſet per foꝛmas ſic receptas hēre aliquod eſſe:ſed nullaʒ ex hoc ſoꝛtiret cognitionē:⁊ qꝛ hoc eſt cōe omni ſenſui:ꝙ per ſpēm receptam cognoſcat:iō dicit eē cōe omni ſenſui ꝙ ſit ſpecieꝝ ſine mā receptiuus. Et ſi rōne cognitiōis dicim' ſenſuʒ eē ſuſceptiuū oīum ſpēꝝ ſine mā. multomagis hoc erit in intellectu quaſi excellētiori mō cognoſcit per ſpecies receptas:ꝙ̄ faciat ſenſus. ſpēs itaqꝫ in intellectu erit imālis rōne ſui:uel rōne modi exiſtendi quē hēt. erit ēt imālis rōne ſubiecti ſiue rōne rei in qua exiſtit. nā hoc hēt plus itellectus ꝙ̄ ſenſus:qꝛ ſi ſenſus recte ⁊ uere iudicat. de ipſa tñ rectitudine ⁊ de ipſa ṽitate ut quid eſt rectitudo:⁊ quid eſt ueritas iudicare non pōt qđ totū ꝯtingit ex mālitate ſui ſubiecti:ut qꝛ fundat in oꝛgano māli ⁊ coꝛporali. Hoc enim mō ſenſus iudicaret recte:⁊ de rectitudine qñ nō ſolū recte apprehēderet obiectū:ſʒ ꝯuerteret ſe ſupꝛa ſe:⁊ iudicaret de ipſa rectitudine apprehēſionis:⁊ ſciret diſcernere quid eſt rectitudo:⁊ ꝗd eſt recte apprehēdere: qđ facere nō pōt. qꝛ ut ꝓbat pꝛoculus in ſua elemētatione theologica. nullum coꝛporale:⁊ nullū māle eſt ad ſe ꝯuerſiuū. Igit ſi intellect' nō ſolū recte iudicat: ſed ꝗd ſit rectitudo ſcit diſcernere:opʒ ipʒ imāleʒ eē ⁊ ad ſe ꝯuertere ut poſſet de ipa rectitudine ⁊ de ſua ueritate apprehēſionis aliquid iudicare. ¶ Dicam' ergo ꝙ aliquādo res recipiēſ:⁊ māliter recipit:⁊ ipa eſt mālis. ꝓpt qđ per hi' receptioneʒ nihil cognoſcit ideo ſic recipiēs:nec uere apprehēdit:nec de ueritate ſue apprehēſionis pōt aliꝗd iudicare. Iō in ſic recipiente nō eſt ueritas niſi ſicut in cā. ꝓut a talib' reb' pōt in nobis aliq̄ ueritas cauſari. Aliquādo ṽo licet recipiens ſit mālis:recipit tñ ſpecies ſine mateia:⁊ quātum ad hoc dicit recipere mō imāli. Propter qđ ſic recipit:⁊ ſic pōt recte cognoſcere. De rectitudine tamē ⁊ de ueritate ſue cognitionis non pōt iudicare. Sed eſt terti' modus recipiēdi ꝙ res recipiēs eſt immālis:⁊ recipit ſpēs ſine mā. ꝓpter qđ ſic recipiēs ⁊ uere pōt apprehēdere:⁊ de ueritate ſue apprehenſionis poteſt iudicare. Primo mō recipit mā. Scđo ſenſus. Tertio intellectuſ. nihil ergo pōt eē perceptiuū ueritatis:ut ꝙ de ipſa ueritate iudicet:ut ꝙ non ſolū uere cognoſcat:ſed de ueritate ſue cognitionis iudicare nouerit niſi ⁊ ipm recipiens ſit imateriale:⁊ modo imateriali recipiat. Arguamus ergo ſic. Quicꝗd eſt coꝛruptibile eſt materiale. ſed nihil qđ ſic eſt perceptiuum ueritatis qđ de ipſa ueritate iudicare ſciat eſt materiale. ergo tale non eſt coꝛruptibile nec

moꝛtale. Aīa ergo uel angelus arguit͛ eē incoꝛruptibilis uel imoꝛtalis: qꝛ ex ꝑceptione ṽitatis: qꝛ ex hoc concludit͛ imālis eſſe. Hoc autem ſatis videt͛ innuere aug⁹ in libꝛo de imoꝛtalitate aīe: concludens animaꝫ eſſe imoꝛtalē: ex eo ꝙ intelligit ⁊ ueritatē percipit: qꝛ ut ait cum itelligit a coꝛpore ſe auertit. Quaſi dicat. Si itellectus per ſuū intelligē a coꝛpe ⁊ aīa ſe auertit iſpm intelligē: ⁊ iṗa ꝑceptio ṽitatis arguit iṗm eē q̄d imāle ⁊ incoꝛpale. ⁊ per ꝯñs q̄d icoꝛruptibile ⁊ imoꝛtale. ¶ Viſo quō ꝯcludimus ꝙ ꝑceptiuū ṽitatis eſt quid imoꝛtale: qꝛ eſt ſemotuꝫ a mālitate: uolum⁹ hoc idē oñdere ex eo ꝙ oē tale eſt ſemotū a ꝯ̄trarietate. ¶ Diſtinguem⁹ eni de ꝯ̄rietate ſicut de mālitate: naꝫ aliqua foꝛma hēt ꝯ̄rietatē rōne ſui: qꝛ iṗa hēt ꝯ̄rium ⁊ rōne ſbi: qꝛ eſt in ſb̄o hñte ꝯ̄riuꝫ. Et hi⁹ eē hñt foꝛme in mā: qꝛ ipſe ſibiinuicē ꝯ̄riant͛. ut vna nō compatiatur ſecū aliā: ⁊ rōne ſbi: qꝛ ⁊ ſbm ſic exñs dicit͛ eē ſub foꝛmis ꝯ̄rijs. Aliqñ ṽo foꝛma non hēt ꝯ̄riū rōne ſui: qꝛ ipſa nō hēt ꝯ̄riuꝫ. dicit͛ tñ hēre ꝯ̄riuꝫ rōne ſbi: qꝛ eſt in ſb̄o hñte ꝯ̄rium. Et hi⁹ ꝯ̄rietatis modū hñt foꝛme ſenſibiles in ſenſu: qꝛ ipſe foꝛme nō hñt ꝯ̄rium nec ſibi inuicē ſm ſe aduerſant͛ ſm eē intenſibile. Nā ſm tale eē in eadē parte poſſunt eē ſpecies ꝯ̄rie: ut in eodē pūcto medij poſſunt eē ſpēs albi ⁊ nigri: habēt tñ foꝛme ſm tale eē ꝯ̄rietatē rōne ſbi: qꝛ ſunt in ſb̄o habēte ꝯ̄riuꝫ: ſiue in medio: ſiue in oꝛgano. Tā enim mediū ꝙ oꝛganū eſt quale ut eſt calidū ⁊ frigidū: humidū uel ſiccuꝫ: ⁊ ex hoc dr̄ hēre ꝯ̄riuꝫ. ¶ Aliqñ ṽo foꝛma nec hēt ꝯ̄rium rōne ſui: nec rōne ſbi. ⁊ ſic ſunt ſpēs in itellectu que nec adinuicē ꝓpꝛie hñt ꝯ̄rietatē. nec ſūt in ſb̄o hñte ꝯ̄riū: qꝛ itellect⁹ nō eſt qualis: nec eni eſt calidus: nec frigidus: nec hēt hi⁹ ꝯ̄rietates: ut ꝓbat͛ in 3° de aīa. Arguebat͛ ğ ſic. quicq̄d eſt coꝛpale uel moꝛtale hoc eſt rōne ꝯ̄rietatis. intellect⁹ ⁊ oē perceptiuū ueritatis eſt a ꝯ̄rietate ſemotus. ergo oē tale nec eſt coꝛpale: nec moꝛtale. Eo eni ipſo ꝙ itellectus pōt de ṽitate ⁊ rectitudine ſue cognitionis iudicare: arguit͛ ꝙ nec recipit mō ꝯ̄rio ſicut recipit mā: qꝛ tunc nō cognoſceret nec iṗm in ſe hēret ꝯ̄rium: qꝛ tunc eēt quid coꝛpale ⁊ māle: ⁊ nō poſſet ſe ſupꝛa ſe ꝯuertere. ¶ Ad hoc aūt ſatis poſſum⁹ adaptare dictū aug. in de moꝛtalitate aīe uolētis ꝙ qꝛ ſemp imutabilr̄ uerū eſt. ꝙ duo ⁊ tria ſunt q̄nqꝫ. Et ꝙ linea trāſiēs per mediuꝫ circuli eſt maxima linearū. ideo oīs qui pōt hoc apphēdere: qō ſemp eſt: opꝫ ꝙ ſemp ſit ⁊ ſit incoꝛpoꝛalis ⁊ imoꝛtalis. Sed has ṽitates ſemp eē ⁊ imutabiles nō eſt uerū: niſi ꝓut ꝯſiderant͛ ſm eē abſtractū: qꝛ ut ſunt in mā: ⁊ ut ſūt ꝯ̄rietati annexe: opꝫ mutabilitateꝫ hēre: qꝛ q̄cq̄d eſt in re mutabili ſm ꝙ hi⁹: non pōt eē a mutatiōe ſemotū. Aīus ğ qui ꝑcipit has ueritates ſm ſuā quiditatē ut ſunt a mā abſtracte ⁊ a contrarietate ſemote ſm quē modū dicunt͛ eē ſemp opꝫ ꝙ ⁊ ipſe aīus ſit ſemp: ⁊ imoꝛtalis. Vñ ⁊ aug⁹ cū pri⁹ dixiſſet de ṽitate linee trāſeūte per mediū circuli qō ſit maxima lineaꝝ: ⁊ cū diceret hāc eē ṽitatē eē ſemper: ⁊ ex hoc uellet ꝯcludere animū ſemp eē vidēs. qō nō ſufficit appꝛehēdere ꝙ eſt ſemper ad hoc ꝙ arguat͛ iṗm eē ſemp niſi appꝛehēdat eo mō ut eſt ſemp. cū ⁊ ueritates hoc mō ſint ſemp ꝓut ꝯſiderant͛ ſeparate a coꝛpe. i. abſtracte a mā ⁊ a ꝯ̄rietate. Dicit ꝙ cuꝫ aīus itelligit a coꝛpe ſe auertit inuens ꝙ aīus: qꝛ itelligens auertit ſe a coꝛpe. ideo intelligit has ueritates que ſunt ſemper ut ſunt ſemper. i. ut a ꝯtrarietate ⁊ a mā ſeparata. Propt͛ quod opꝫ iṗm aīum: qꝛ ſic intelligit ⁊ ueritatē ꝑcipit ſemp eē. Nā ⁊ ſi uellem⁹ ſic itelligē dictū aug. ꝙ q̄cq̄d ꝑcipit ⁊ qō ſemp eſt opꝫ illud ſemp eē arguem⁹ aīam carnis ſemp eē. Nā ſemp hoc uerū eſt ꝙ duo latera trianguli ſunt lōgioꝛa tertio. ꝙ ⁊ canes vident͛ hoc cognoſcē: qꝛ ſi inſequātur leporē ſemp inſequūtur iṗm per tertiū lat⁹ triāguli: non per duo latera. Sꝫ dato ꝙ ꝑcipiāt hoc qō uerū eſt: ⁊ qō ſemp uerū eſt. Nō tñ percipiūt hoc ut ſemp uerū eſt: qꝛ nō ꝑcipiūt iṗm mō abſtracto ⁊ itelligibili: ſed mō māli ⁊ ſēſibili. Propt͛ qō ⁊ ſi recte iudicat cognoſcēs viā illā longiorē eē ſi inſequat͛ leporē per duo latera ꝙ per vnū. de ipſa tñ rectitudīe ⁊ ueritate nō iudicāt ſm ſuā quiditatē: ſm quē modū talia dicunt͛ eē ſemp qō nō pōt iudicare canis: nec aliq̄s ſenſus: ſꝫ itellect⁹ tm̄. Propter qō recte ꝯcludit͛ ꝙ percipiēs ueritatē ſi percipiat eā ſm ſuā quiditateꝫ: qꝛ percipit eam ut eſt imoꝛtalis ſemp. eēt aduertendū tñ ꝓpt͛ rōnē in ꝯ̄riuꝫ ꝙ licet aīus percipiēs ueritatē ſemp ſit: qꝛ ex hoc arguit͛ ꝙ ſit ſemot⁹ a mālitate ⁊ ꝯ̄rietate que ſunt cā coꝛruptionis. nō tñ opꝫ ueritatē que eſt in aīo ſemp eſſe: ſꝫ pōt illa ueritas per obliuionē tolli. ¶ Dicem⁹ eniꝫ ꝙ aliq̄d pōt eē coꝛruptibile tripl̄r. uel rōne ſui: qꝛ hēt ꝯ̄rium. uel rōne ſubiecti: qꝛ eſt in ſb̄o hñte ꝯ̄rium. uel rōne modi acq̄rendi. Veritas ğ que eſt in itellectu ⁊ ſpēs intelligibiles que ſunt in ipſo non pñt tolli rōne ſui: ꝙ hēat ꝯ̄riuꝫ uel eē māle: nec rōne ſubiecti ꝙ ſint in ſb̄o hñte ꝯ̄riuꝫ ⁊ eē māle: ſed ſolum pñt tolli rōne modi acq̄rēdi: qꝛ acq̄runt͛ per actus a q̄bus pōt quis ceſſare dādo ſe ad ꝯ̄rium. uel nō operādo illos act⁹. Duob⁹ eni modis tollit͛ habit⁹ quātūcunqꝫ ſit in ſb̄o māli. uel qꝛ diu ceſſam⁹ ab actib⁹: uel qꝛ operamur oppoſitos act⁹ qō eſt dare ſe ad ꝯ̄riū. ueritas igit͛ in itellectu pōt deficere non rōne ꝯ̄rietatis nec rōne ſbi: ſꝫ rōne ꝯ̄rietatis. Ex mō aquirēdi per talē ğ diſtinctionem ueritatis non pōt argui ꝙ ipſe anim⁹ ⁊ iṗm ſbm ueritatis poſſit deficere ⁊ coꝛrūpi: ſed ſoluꝫ ꝯcludit͛ ꝙ poſſūt tolli: ⁊ pñt deficē ipſi act⁹ per quos acq̄rim⁹ ṽitatē: per hoc patet ſolutio ad obiectū. Q. ō. XII.

**S** **Ecūdo querebatur** De creatura rōnali: ut de angelo: uel de aīa ꝓut cōparatur ad ſuas potentias ⁊ erat qō. Vtrū angeli uel aīe ſint in genere cāe efficientis reſpectu ſuaꝝ potentiarum. ⁊ arguebat͛ ꝙ nō. qꝛ ut dicebat cōmētatoꝛ in 4° meta^ce^. vult ꝙ ſubiectū nō eſt cā efficiens: ſꝫ materialis tm̄. ¶ In ꝯ̄riū eſt qꝛ coīter dicit͛ ꝙ accidētia fluūt a ſuis ſubiectis: qō nō eſſet niſi ſubiectū aliquo modo haberet rōnes cauſe efficiētis reſpectu ſuoruꝫ accidētiū. ¶ Rº dicēdū: ꝙ phs in 2° phiſicoꝝ vlut ꝙ tres cāe coincidūt in vnū. ſ. efficiēs foꝛma ⁊ finis. ubi colligit͛ ꝙ mā non coincidit cū alijs cauſis. dimiſſa tñ cā finali ⁊ foꝛmali: qꝛ de hi⁹ cauſis nō eſt qō. Vidēdū eſt quō mā nō coincidit cū cā efficiēte: cū tñ ſubiectū ponatur eē cā efficiēs ſuoꝝ accidētiū. Plane eniꝫ habetur circa finē pꝛimi phiſicoꝝ ꝙ mā ſubiecta cū foꝛma eſt cā accñtiū que fiūt in ea. Dicem⁹ ğ ꝙ ſubiectū ꝓpter tria pōt dici nō coincidere cū cā efficiēte: ⁊ poteſt dici aliquo mō cā efficiēs. Pꝛimo quidē: qꝛ nō eſt cā efficiens ut ſubicit͛: ⁊ ut eſt q̄d in potētia: ſed ut eſt quid in actu. ſubiectū ergo cū cā efficiēte rōne poſſibilitatis nō coincidit. Rōne aūt actualitatis coincidit. Scd̄o hoc poteſt intelligi ꝙ ſubiectū nō coincidat: ⁊ coīcidat: qꝛ nō eſt illud qō agit: ſed eſt illud quo agit͛. Tertio mō hoc pōt intelligi: qꝛ ſubiectū nō eſt illud qō in ſe facit aliq̄d directe ſed īdirecte: uel nō eſt illō qō in ſe fac͛ aliq̄d per ſe ſꝫ per accñs. ¶ Propt͛ pmū ſciēdum eſt ꝙ hoc mō a ſb̄o fluūt accñtia: ⁊ hoc mō mā ſubiecta cū foꝛma eſt cā diuꝫ accñtiū que fiunt in

ea:⁊ potiſſime accn̄tiū que fiunt nāliter ⁊ que nāliter
cōcomitanṫ nām ſubiecti:qꝛ aliquādo ad vnā naturā
nāliter ꝯcomitaṫ alia nā:ut ad nām ſubalē ignis nāliṫ
concomitaṫ nā caloris ⁊ ſiccitatis.ita ꝙ nec̄e eſt ignē
eē calidū ⁊ ſiccū.Generās g̊ dādo igni nāꝫ ignis:dat
ei nām caloris ⁊ ſiccitatis.Caloꝛ g̊ ⁊ ſiccitas fluūt ab
igne ⁊ mā ignis cū forma ignis eſt cā caloris ⁊ ſiccita
tis:que fiunt in ea inꝙ̄tum mā ignis facta in actu per
formā ſubalē:qꝛ hiꝰ formā nāliter coicaṫ caliditas ⁊
ſiccitas.Jō ipſe ignis cōplectēs in ſe hiꝰ māꝫ ⁊ formā
diciṫ eē.Jgnis g̊ qō eſt ſbm caliditatis ⁊ ſiccitatis eſt
cā efficiens taliū accn̄tiū ⁊ nō eſt cā efficiens eoꝝ:qꝛ
ſi ꝯſideraṫ ut ſbm ⁊ ut eſt in potētia nō eſt cā efficiēs
eoꝝ:qꝛ a tali ſbō nō fluūt talia accidentia ut eſt ſic in
potētia.Sꝫ ſi ꝯſideraṫ ut eſt q̄d in actu ſic diciṫ eē cā
efficiēs taliū accidētiū:qꝛ ꝓut eſt in actu:⁊ prout hēt
talē formā nāliter cōcomitātur ipm talia accidentia.
Propṫ qō ſignāter aduertēda ſunt v̄ba phi.qui non
ait ipſaꝫ mām ſm ſe:ſꝫ māꝫ cū forma eē cā accidētiū
que fiūt in ea.ut det itelligere ꝙ nō rōne poſſibilita-
tis:ſꝫ rōne actualitatis quā acq̄rit mā per formā hēt
ꝙ fluāt ab ea hiꝰ accidētia.Ex quo eſt aduertēduꝫ ꝙ
nunꝗ̄ dicimꝰ mām eē cām efficientē forme ſubalis:ſꝫ
ſolū ꝙ v̄tute agētis hiꝰ forma de potētia paſſiua māe
educiṫ:in qua eductione mā nullam hēt rōnē agētis
aut efficiētis:ſꝫ patiētis tm̄.Erit g̊ hic ordo ꝙ paſſio
magis facta abijcit a ſuba ⁊ accidētia incōpleta ꝓce-
dūt formā ſubalēꝫ in mā completa ſequūtur.Jgnis g̊
agēs in aere magis ac magis ipm calefacit ⁊ deſicat.
Qn̄ aūt eſt a deo calefactꝰ ꝙ non pōt ibi ſtare forma
aeris:tūc itroduciṫ ibi forma ignis.Jncōpletus g̊ ca-
loꝛ qui actiōe ignis ſemꝑ ac ſemꝑ intēdiṫ in aere ꝓce-
dit formā ſubalēꝫ ignis.ſꝫ in illo inſtāti in quo eſt cō-
plete intēſus:hiꝰ caloꝛ expelliṫ forma aeriſ:⁊ induciṫ
forma ignis.Jta ꝙ ſimul ſunt tpe caloꝛ cōplete inten-
ſus:⁊ forma ignis in mā.Ordine tn̄ nāe forma ignis
ꝓcedit hiꝰ calorē cōplete itenſuꝫ:⁊ ēt ſiccitatē cōple
te factā.ita ꝙ agens per actionē ſuā uel per paſſioneꝫ
magis factā inducit formā ſubalēꝫ.qua iducta fiūt in
mā accidētia que nāliṫ formā hiꝰ cōcomitanṫ.Reſpe-
ctu itaqꝫ forme ſubalis nō diciṫ agēs eē niſi effectꝰ:ſꝫ
reſpectu accidētiū.Et ſi ſubiectū aliquo mō hēt rōnē
cauſe efficiētis hoc erit ꝓut ipm ſbm adeptū eſt for-
mā:uel cōplectiṫ formā quā nāliter illa accidētia con
comitanṫ.Propter qō patet quomō ſbm cōe coinci
dit cū cā efficiēte:⁊ nō coincidit.qꝛ nō coincidit rōne
poſſibilitatis:ſꝫ actualitatis.Scdō dī ſbm coicidē ⁊
⁊ coincidē cū cā efficiēte:qꝛ ꝓꝑe nō eſt illud qō agit:ſꝫ
illud quo agiṫ qō maxime patet in motu grauiū uel le
uiū.Dicimꝰ eni ꝙ elemēta nō mouēt ſeipſa:ſed mouē
tur a gn̄ante.Diciṫ eni generās agē motū elemētoꝝ:
qꝛ dando eis formā:dat eis motū ꝯſequētem formā.
Forma g̊ g̃uis uel leuis nō eſt ꝓꝑie id qō agit motuꝫ
deorſum:ſiue ſurſum:ſꝫ eſt illud quo talis motꝰ agiṫ.
Generās g̊ grauia agit motū deorſuꝫ mediāte nā gra
uiū.Et generās leuia cāt motū ſurſum mediāte nā le
uiū.Quia dādo talē nām.dat talē motum.Erit g̊ nā
in talibꝰ id quo agitur:tale accidēs qō eſt motꝰ:quia
mediāte tali nā generās efficit talē motū.Jdeo in 2°
phiſicoꝝ dicit phs ꝙ nā eſt principiū motꝰ ⁊ quietis
eiꝰ in quo eſt:ita ꝙ nā grauis eſt ꝓncipiū motus g̃uis.
Pōt eni dici ꝓncipiū alicuiꝰ:nō ſolū id qō efficit:ſed
id quo efficiṫ illud:ſm quē modū nā grauis eſt ꝓnci-
piū motus:qui fit in graui.Quia grauās mediāte nā
efficiṫ talē motū.Et qō dcm̄ eſt de tali motu:qui nāliṫ
ſequiṫ nām:intelligēdū eſt de oibꝰ accn̄tibꝰ nāliter ſe-
quētibꝰ ipſaꝫ.Generās eni ſicut diciṫ cauſare motum
grauis mediāte nā grauis:ita diciṫ cāre oīa accidētia
cōcomitātia nām mediāte tali nā.Subiectū g̊ nō eſt
id qō agit talia accidētia:ſꝫ diciṫ id quo aguntꝛ:qꝛ hiꝰ
ſubiectū cōplectiṫ māꝫ ⁊ formā mediāte qua talia ac
cidentia a generāte ⁊ ab efficiēte cauſanṫ.Propṫ qō
patet quō ſubiectū coincidit:⁊ nō coicidit cū cā effi-
ciēte.Quia ſi uolumꝰ applicare cām efficiētē ſolū id
qō agit ⁊ efficit:de quo ꝓncipalr̄ diciṫ rō efficiētis ſic
ſubiectū nō coincidit cū cā efficiēte.Sed ſi uolumus
applicare efficiētē cām id quo aliq̄d agiṫ ⁊ efficitur.
Sic ſbm mō quo dictū eſt coincidit cū hiꝰ cā.Erit g̊
in hoc nā rei quaſi organū generantis ⁊ efficientis.in
ꝙ̄tū mediante tali nā cā efficiēs generat accidētia in
re ſubiecta.Talia itaqꝫ accidētia pꝛicipalr̄ ſunt a ge-
nerante uel a ꝓducēte.aliquo tn̄ mō ſūt a nā ſubiecti
¶ Ex hoc aūt patet meliꝰ via pꝛia.Quia ſi hoc mō
ſubiectū eſt cā accidētiū:qꝛ compleċtiṫ formā ⁊ nām
quā nāliter cōcomitanṫ.Accidētia qꝛ g̊ cōparaṫ ſbm
ad formam tanꝗ̄ ad id qō eſt in actu.Cōſequēſ eſt ꝙ
ſubiectū eo mō incidit cū cā efficiēte nō ꝓꝑie ratiōe
potētialitatis ſꝫ actualitatis.Qō ſi hūc modū cālita-
tis uellemꝰ extēdere:hoc non erit ꝓꝑe rōne poſſibilita
tis ſm ſe:ſed prout eſt ſub actu.Ut qꝛ hiꝰ actus ⁊ hiꝰ
forma non eſt apta nata eſſe niſi in tali mā.Et qꝛ ſicut
res ſe hēt ad eſſe.ita ſe hēt ad cālitatē.Sicut non eſt
apta nata talis forma eē niſi in tali mā:ita nō eſt apta
nata hēre hiꝰ cauſalitatē ſuꝑ hiꝰ accidentia:niſi prout
eē hēt in tali mā.Propter qō illiꝰ cauſalitatiſ quā at-
tribuemꝰ forme ſi participē faciemꝰ mām.hoc eni nō
erit ſm ſe:ſed ⁊ rōne potētialitatis.ſꝫ ut eſt ſub foīs
⁊ ſub actu ⁊ rōe actualitatiſ.¶ Dicebaṫ aūt ꝙ ēt pōt
tertius adhiberi modus quō ſubiectū cū cā efficiēte
nō coincidit ⁊ coincidit.Nō coincidit quidē:qꝛ non
agit q̄d in ſe directe.Sed coincidit qꝛ agit aliquid in
alio in qō agēdo agit in ſe indirecte.ſicut dicimus de
graui qō eſt cā efficiēs ſui motus:⁊ nō eſt cā.Nā non
eſt cā ꝙ in ſeipm motū agat:ſed eſt cā:qꝛ agit aliq̄d in
medio:ut qꝛ mouet mediuꝫ:qō mouēdo agit ex ꝯn̄ti
in ſeipſo:qꝛ mouēdo medium per ſeipm:mouet per
accidēs ⁊ indirecte.¶ Hijs itaqꝫ ꝓlibatis patet quō
eſſentia angeli ⁊ aīe poſſunt eē cā efficiēs ſuaꝝ potē
tiaꝝ.Nā hoc pōt eē:⁊ eſt pꝛimo mō:qꝛ eſſentia ange
li ⁊ aīe nō dicūt potētiā purā:⁊ ſi iueniaṫ aliquādo ꝙ
aīa nr̄a eſt pura potētia:nō eſt hoc intelligēdū in gn̄e
entiū:qꝛ tūc eſſet idē cū mā ꝓma:ſed in gn̄e intelligi-
biliū:qꝛ ſicut mā pꝛima nullā hēt actualitatē in genē
entiū:ſed efficiṫ ſic in actu ſuſcipiēdo formas ſenſibi-
les.Sic aīa noſtra ⁊ intellectꝰ noſter nullā hēt actua-
litatē in genere intelligibiliū:ſꝫ efficitur ſic in actu ſu-
ſcipiēdo formas intelligibiles.Jn genere tn̄ entiū nō
ſolū nā angeli:ſꝫ ēt nā aīe nō purā potētialitatē ſꝫ ēt
quādā actualitatē iportat.Et qꝛ ad vnā actualitateꝫ
nāliter ſequi poſſunt alie nāles actualitatēs.dicemꝰ
des dei. coheredes chǐi. ⁊ qꝛ hēbim⁹ illā eādē heredi
tatē quā ipē. lꝫ ipſe hēat per nāꝫ. nos aūt per adoptio
nē gr̄e. qꝛ ipē eſt filius nālis nos aūt adoptiui: iō exn̄
do coheredes chǐi ⁊ hn̄do eādē hereditatē quā hēs

chꝛis dicimur fr̄es ⁊ ſorores ei⁹.de⁹ eni fruẽdo ſeipm
hẽt oẽm ſatietatẽ:quã eni ſatietatẽ coicat pr̄ filio cõi
cando eẽntialr̄ nãm.hẽt ḡ dei fili⁹ hãc hereditatẽ per
nãz:ſcti aũt hẽbũt oẽm hi⁹ ſatietatẽ per grãz.lʒ iſtaȝ
hereditatẽ.videlʒ oẽȝ ſatietatẽ longe different:⁊ ali
ter coicet pr̄ filio per nãz:⁊ nobis per grãz:attñ iſtiuſ
oĩs ſatietatis ⁊ iſti⁹ hereditatis ꝑticipes erunt ſcti:⁊
ex hoc dicunt eẽ coheredes dei:⁊ hẽre illã heredita-
tẽ.⁊ per ꝯñs dicunt fr̄es ⁊ ſorores eiuſ.Reuertamur
ḡ ad ꝓpoſitũ ⁊ dicam⁹ ꝙ ꝑdicta duo cũ excluſione ſic
ſe hñt ꝙ per v̓ginitatẽ:⁊ per qõcũqʒ bonũ factũ ꝓpt
deũ cõcipe chꝛm mẽte ſine ꝯceptione carnali:eſt mul
to poti⁹ ꝙ̃ cõcipe chꝛm carne ſine cõceptione mẽtali.
ſed ſi ꝑdicta duo nõ ſe inuicẽ excludãt dicem⁹ ꝙ cõci
pere chꝛm mẽte:ꝙ̃tũ eſt de ſe nõ includit cõcipe ipm
carne.qꝛ multi ſunt ſcti:⁊ boni cõcipiẽtes chꝛm mẽte
qui nõ cõcipiũt ipʒ carne.ſic aial ſm ſe dr̄ nõ includẽ
hoiem:qꝛ multa ſũt aialia que nõ ſũt hoies.Sed cõ
cipere chꝛm carne ꝙ̃tũ eſt de ſe ſm quãdã cõgruitatẽ
vel ẽt ſm quãdã neceſſitatẽ includit cõcipe chꝛm mẽ
te.ꝙ eni aliq̃ pſona eẽt mr̄ chꝛi cõcipiẽſ chꝛm ſm car
nẽ:que ſi eẽt ſctã ⁊ bona cõcipiẽs ipm ſm mẽtẽ.qꝛ in
tãta re minimũ incõueniẽs debet iudicari ĩpoſſibile.
Dicem⁹ ſm hoc nõ fuiſſet poſſibile ꝙ btã maria ꝯce
piſſet ſm carnẽ:⁊ nõ cõcepiſſet eũ ſm mẽtem dicẽte
anſelmo in de cõceptu v̓ginali:ꝙ decuit ꝙ mr̄ dei ea
puritate niteret qua maioꝛ ſub deo neq̃t itelligi.Acci
piẽdo itaqʒ iſta duo nõ ꝓut ſe excludũt ſed ꝓut ſe in
cludunt mr̄nitas dei in btã maria fuit potioꝛ ꝙ̃ v̓gini
tas.qꝛ mr̄nitas hi⁹ includit v̓ginitatẽ:nõ ecõuerſo.in
decẽs eni eẽt:⁊ per ꝯñs incõueniẽs ⁊ quodãmõ ipoſ
ſibile mr̄eȝ dei nõ fuiſſe v̓ginẽ.nõ eſt aũt incõueniens
ecõuerſo.¶ His itaqʒ ꝑlibatis pʒ qõ 3° ꝓponebat vi
delʒ qõ tenẽdũ ſit de qõne ſimpr̄.Nã ſic loquẽdũ eſt
de reb⁹ ſimplr̄ ꝓut ſm ſe hñt nõ põt a reb⁹ excludi ꝙ
eis ſm ſe debet.ſi ḡ quereret qõ eſt meli⁹: aut viuere
aut eẽ.cũ viuere ſm ſe includat eẽ ſimplr̄ ⁊ abſolute.
Cõcedẽdũ eſt ꝙ viuere eſt meli⁹ ꝙ̃ eẽ.qꝛ nõ repit vi-
uere ſine eẽ:ſed ecõuerſo.ſic ⁊ in ꝓpoſito ſi añ natiui
tatẽ chꝛi oblatũ fuiſſet alicui pſone qõ poti⁹ uellet an
eẽ mr̄ dei:an eẽ v̓go.debuiſſet oĩno eligere ꝙ eẽt mr̄
dei.qꝛ hoc hñdo habuiſſet v̓ginitatẽ:ſed hẽre v̓gini-
tatẽ potuiſſet ſine hi⁹ mr̄nitate. ¶ Qõ v̓o obicieba
tur ꝙ coꝛruptio eẽt mai⁹ malũ ꝙ̃ ſterilitas.ḡ v̓ginitaſ
eſt mai⁹ bonũ ꝙ̃ mr̄nitas.dici debet ꝙ illud argumen
tũ cõcludit de v̓ginitate ⁊ mr̄nitate que ſe inuicẽ non
includũt.in reb⁹ eni ſe nõ includẽtib⁹ mai⁹ malũ maio
ri bono opponit:ſed in reb⁹ ſe includẽtib⁹ eſt ecõuer-
ſo.mr̄nitas ḡ uel eẽ matrẽ alioꝝ hoiuȝ a chꝛo qꝛ non
includit v̓ginitatẽ imo excludit nõ eſt tm̃ bonũ ſicut
eſt v̓ginitas ipa.Vñ ⁊ aug⁹ in de ſctã virginitate vult
ꝙ fecũditas nullomõ equat virginitati:⁊ ꝙ nullomõ
cõiugati debẽt virginib⁹ ſe ꝑferre.ſed in reb⁹ ſe inclu
dẽtib⁹ mai⁹ malũ minori bono opponit.ut ſi meli⁹ eſt
eẽ hoieȝ ꝙ̃ aial:qꝛ hõ ĩcludit aial:peius eſt eẽ nõ aial
ꝙ̃ nõ hoiem:qꝛ nõ aial includit nõ hoieȝ:⁊ ſi melius
eſt viuere : ꝙ̃ eẽ : qꝛ viuere includit eẽ pei⁹ eſt nõ eſſe
ꝙ̃ nõ viuere:qꝛ non eſſe includit non viuere.

p **Oſtea querebatur** de homine ſm ſtatuȝ vite pñtis ꝓut cõparat ad
malũ ſiue ad pctm̃.Pctm̃ aũt diſtiguit du
plex:origiale : ⁊ actuale.Querebant ãt duo circa ori
ginale.Vnũ circa originale coiter.Vtrũ dicat ꝑuatio
nẽ.aliud v̓o circa originale ſpãliter per cõparationeȝ
ad v̓ginẽ.⁊ ſuppoſito ꝙ btã v̓go fuerit cõcepta in ori
ginali.Vtrũ in illo eodẽ inſtãti potuiſſet hẽre grãm.

### Queſtio.XIX.

a **D primũ antẽ** ſic ꝓcedebat. oſtendebat ꝙ
pctm̃ originale purã ꝑuationẽ dicat:qꝛ quic
qd eſt in aĩa poſitũ ut dicebat vl̓ ẽ potẽtia:uel hit⁹:vl̓
paſſio.ut vult phs in ethi.Sed originale pctm̃ nõ eſt
potẽtia.qꝛ illa eſt nobis nãlis.nec eſt hituſ infuſus.qꝛ
de⁹ nõ infũdit nobis culpã:nec malitiã.nec acq̃ſitus:
qꝛ ineſt nobis anteꝙ̃ inſit nobis uſus liberi arbitrij:
nec eſt paſſio.qꝛ nõ eſt qd in motu:ſed eſt qd ſtans in
aĩa:niſi per baptiſmũ tollat.Nõ ergo erit aliqd poſi-
tũ.ſed erit pꝛiuatio tm̃.Cõtra baptiçati nõ hñt origi
nalẽ iuſtitiã ⁊ tñ ſunt abſoluti ab originali pctõ:ſi er-
go originale pctm̃ diceret ſolã pꝛiuationẽ dicẽs ꝑua
tionẽ originalis iuſtitie.ꝯñs ḡ eſt ꝙ baptiçati hẽrent
originale pctm̃ cũ ſint pꝛiuati illa iuſtitia.¶ R̷° dicẽ
dũ ꝙ tripl̓r poſſum⁹ inueſtigare ꝙ originale pctm̃ nõ
ſit pꝛiuatio tm̃.pꝛio ſi cõſideret ſm ſe.Scdo ut cõpa
rat ad baptiſmuȝ in quo dimittit.Tertio ut cõparat
ad ipſos hñtes.¶ Propter pꝛimũ ſciẽdũ ꝙ intm̃ eſt
aliqd pctm̃:inq̃tũ fit qõ nõ debet:uel ſi pꝛiuatio ipſa
hẽt rõnẽ pcti.hoc eſt inq̃tũ aliqs ꝑuat eo qõ hẽre de
bet.Si eni aliqs pꝛiuat aliq̃ bono:ſi nõ teneret hẽre
illud hi⁹ ꝑuatio nõ poſſet ei ĩputari nec ad pctm̃:nec
ad culpã.pctm̃ itaqʒ originale credit eẽ pctm̃:⁊ iniq-
tas iuxta illud pſal.ecce in iniq̃tatib⁹ ꝯcept⁹ ſum ⁊ in
pctis ⁊c̃.opʒ ꝙ nõ dicat pꝛiuationẽ tm̃:ſed dicit ꝑua-
tionẽ alicui⁹ boni nobis debiti in eẽ . ꝑꝑ qõ cõſueuit
coiter dici origiale pctm̃ ꝙ eſt carẽtia origialis iuſti-
tie:cũ debito hñdi eã:rõne cui⁹ debiti hẽt ꝙ nõ ſit pu
ra ꝑuatio:⁊ hẽt ꝙ ſit pctm̃ ⁊ culpa. ¶ Scda via ad
hoc idẽ ſumit ꝓut hi⁹ pctm̃ cõparat ad baptiſmuȝ in
quo dimittit.ſi eni pctm̃ originale eẽt ſola ꝑuatio ori
gialis iuſtitie:nõ poſſet dimitti tale pctm̃ ut in arguẽ
do tangebat niſi reſtitueret nobis originalis iuſtitia.
Baptiçati igit adhuc hẽrent origiale pctm̃:qꝛ nõ eſt
eis hi⁹ iuſtitia reſtituta.¶ In baptiſmo ḡ dimittitur
originale pctm̃ qꝛ dimittit illud.vñ hẽt hoc peccatuȝ
ꝙ ſit pctm̃.carẽtia eni originalis iuſtitie eſt q̃ſi qd mã
le in hoc pctõ.Sed obligatio ⁊ debitũ habẽdi eã eſt
q̃ſi qd foꝛmale:⁊ ex hoc hẽt rõnẽ culpe.In baptiſmo
ergo nõ reſtituit nobis originalis iuſtitia:qꝛ q̃libet ꝙ̃
tũcunqʒ baptiçat⁹ videt aliã legẽ in mẽbꝛis repugnã
tẽ legi mẽtis ſue:qõ nõ eẽt ſi eẽt nobis reſtituta origi
nalis iuſtitia ſm quã oẽs vires inferiores erãt ſbdite
mẽti ⁊ rõni.in hñte qdeȝ originalẽ iuſtitiã lex mẽbꝛo
rũ.i.ipetus viriũ inferiorũ ei⁹ que ſũt iraſcibilis:⁊ cõ
cupiſcibilis que dicunt mẽbꝛa.qꝛ ſunt v̓tutes oꝛgani-
ce:nõ repugnãt legi mẽtis.i.dictamini rõnis.⁊ qꝛ hãc
pugnã ẽt baptiçati ſentiũt:lʒ magis ⁊ min⁹ ſm ꝙ pluſ
⁊ min⁹ refrenãt paſſiones.ſ.cogimur dicẽ ꝙ baptiça-
tis nõ ſit originalis iuſtitia reſtitutiua.vñ itaqʒ dictũ
eſt ꝙ in baptiſmo nõ dimittit originaliſ culpa:ꝙ reſti
tuat nobis originalis iuſtitia:ſed qꝛ abſoluimur a de-
bito hñdi eã:ſicut in quodã nr̄o tractatu diffuſi⁹ dixi
mus.ꝙ ſiqs uellet tranſire aquã:⁊ neſciret natare te
neret hẽre nauẽ.qꝛ ſine ea nõ poſſet aquã trãſire.attñ
ſi ſup aquaȝ fieret pons abſolueret a debito hñdi na
uẽ:qꝛ poſſet per pontẽ trãſire aquã hi⁹ ſine naui.Sic
⁊ in ꝓpoſito ꝙ̃diu ſum⁹ mẽbꝛa ade ſi uolum⁹ ſaluteȝ
cõſequi tenemur:⁊ obligamur ad habẽdũ originaleȝ
iuſtitiã.⁊ ſic erat oꝛdo humane nãe inſtitut⁹ ſi nõ pec
caſſet adã qꝛ exiſtẽtes mẽbꝛa ade cõſecuti fuiſſemus
originalẽ iuſtitiã:per quã potuiſſem⁹ vitare oẽ pctm̃
ꝓpter quã poteram⁹ vitare moꝛtẽ ⁊ poteram⁹ nõ mo

ri:qꝛ origiali iuſtia bñ utēdo fuiſſem⁹ trāſlati a poſſe
peccare ad non poſſe peccare: ⁊ a poſſe mori ad non
poſſe mori quā hñdo fuiſſem⁹ bti. Nā i hoͦ iſti tres ſta
t⁹ dīnt. Uidelꝫ ſtat⁹ inocētie: ſtat⁹ nāe corrupte: ⁊ ſtā
t⁹ btōrū: qꝛ i ſtatu inocētie adā poťat nō peccare: ⁊ po
terat nō mori: attñ lꝫ poſſet in illo ſtatu cauē pctm̄: ⁊
mortē nō tñ erat ipoſe eū peccare ⁊ mori. Jn ſtatu āt
nāe corrupte nece hūit peccare ⁊ mori: ſꝫ i ſtatu btitu
dis qꝺ potiſſime erit poſt reſurrectionē. qꝛ tūc erit cō
ſumata btitudo nr̄a ipoſe erit btōs peccare: ⁊ mori. ⁊
qꝛ adā ⁊ poſſe cauē pctm̄: ⁊ mortē ꝙ poťat ꝑ origialē
iuſtitiā bñ utēdo hꝰ iuſtitia. trāſlat⁹ fuiſſet ad ſtatū i q̄
ipoſe fuiſſet eū peccare ⁊ mori: q̄ ē ſtat⁹ btōꝝ: iō dici
m⁹ ꝙ ꝑ origialē iuſtitiā bñ utēdo ea debebat ꝯſeq̄ bti
tudinē ⁊ ſalutē. ſic ēt ⁊ nos ꝓut ſum⁹ mēbra ade: ſum⁹
ſb̄ hoc ordie: ut obligemur: ⁊ teneamur hr̄e originalē
iuſtitiā ſi uolum⁹ btitudinē ꝯſeq̄. i baptiſmo itaq̄ꝫ non
reſtituit nobis origialis iuſtitia: qꝛ nō fac̄ hoc baptiſ-
m⁹ ut ſaluemur ut mēbra ade: uel ut ſaluemur ſub illo
ordie ſub q̊ fuim⁹ ꝯſtituti i adā. ſꝫ abſoluimur ab obli
gatiōe ⁊ debito hñdi talē iuſtitiā. qꝛ ſum⁹ mēbra chr̄i
⁊ dat nobis gr̄a baptiſmalis: q̄ poſſum⁹ ſalutē ꝯſeq̄. ꝑꝑ
qꝺ hꝰ gr̄a ſe hūit q̄ſi pons ad trāſeūdū hꝰ mare ul' hꝰ
aquā: uel hꝰ fluctuatiōes mūdi: ꝑ quē pontē abſolui-
mur a debito hñdi nauē. i. origialē iuſtitiā. Baptiçati
igit ꝑ baptiſmuꝫ abſoluunt ab ordie i q̊ erāt. i. ut erāt
mēbra ade ⁊ i ordinē aliū relabūt qꝛ fiūt mēbra chr̄i
ꝑꝑ qꝺ ſoluunt a debito hñdi origialē iuſtitiā. ¶ Ui-
ſo quō origiale pctm̄ nō ē pura ꝓuatio ſi ꝯſideret ſm̄
ſe: qꝛ ipm ꝓuari aliq̊ bono nō pōt hr̄e rōnē culpe: niſi
inq̄tū debem⁹: ⁊ tenemur hr̄e illō. ¶ Oñſo ēt ꝙ hꝰ
pctm̄ nō ē pura ꝓuatio originalis iuſtitie ut cōpat ad
baptiſmū ꝑ quē abſoluimur ab hꝰ pctō: ⁊ tñ nō reſti-
tuit nobis ꝑfata iuſtitia. ¶ Uolum⁹ declare hoc idē
ꝓut hꝰ pctm̄ cōpat ad ipos hñtes. Dicem⁹ eni ꝙ ori
ginalis iuſtitia quā ꝯſequēdo fuiſſet nobis ad vitā ita
ꝓuati ea fcā ē nobis ad mortē. i adā eni nō peccāte: ⁊
nō deſerēte origialē iuſtitiā fuiſſem⁹ viuificati: nūc āt
i ipo dicimur oēs mortificati. qꝺ eni debebat eē nob̄
ad vitā: fcm̄ ē nobis ad mortē. accepat eni adā qꝺdaꝫ
donū a deo ꝑ qꝺ oia iferiora erāt ſubdita ſupiorib⁹.
erat eni ꝑ illō donū mēs ſb̄dita deo: tanq̄ ſuo ſupiori
ſēſualitas erat ſb̄dita rōni: ut nihil i ea iſurgēt rōni re
pugnās: corp⁹ ſb̄ditū aie ut nulla ifirmitas: nullus lā-
gor poſſet oriri i corꝑe. ꝑꝑ qꝺ cogeret aia recedere a
corꝑe: iō ꝑ illō donū poťat nō peccare ⁊ poťat nō mo
ri. hꝰ aūt donū dicebat iuſtitia. qꝛ iuſtū eſt ꝙ iferiora
ſupiorib⁹ ſint ſb̄dita. dicebat āt origialis qꝛ ꝑ originē
debebat iſtā iuſtitiā trāſfūdē in filios: ⁊ poſtea filij in
filios: ⁊ ſic deinceps. eo aūt peccāte ⁊ admittēte origi
nalē iuſtitiā: ſic̄ debuit in poſteros trāſfūdē originalē
iuſtitiā ſic trāſfūdit origiale pctm̄: oriri eni ex adā ꝙ
debuit eē nobis ad vitā ꝑ ꝯſecutionē origialis iuſtitie
fcm̄ eſt nob̄ ad mortē ꝑ ꝯſecutionē origialis pcti. nā
ex hoc dici vꝫ ꝑ originē ꝯſeq̄ pctm̄: qꝛ ꝑ originē ſum⁹
mēbra ade: rōne cui⁹ tenemur hr̄e originalē iuſtitiā ſi
ſaluari uolum⁹: qꝛ ſb̄ hoc ordie fuit i adā iſtituta nā:
ut ſaluaremur: q̄ ꝓuati reputamur merito pctōres: qꝛ
priuamur illo bono qꝺ tenemur hr̄e. Tale ḡ pctm̄ dꝛ
origiale qꝛ ꝑ originē ꝯhꝫt. ⁊ qꝛ iſte ordo ſaluādi ē nob̄
ꝑcluſus: qꝛ ꝑ originē quā hēm⁹ ex adam nō ꝯſeq̄mur
origialē iuſtitiā. Sꝫ origiale pctm̄ oportuit alio ordi
ne ſalutē ꝯſeq̄: iō ꝓuidit de⁹ ut abſolueremur ab ordie
illo. ſꝫ quē debebam⁹ ꝯſeq̄ ſalutē ꝑ adā ⁊ eēm⁹ mēbra
chr̄i: quē modū diffuſe tractat apl's i epl'a ad ro. uolēs
ꝙ ſic̄ i adā oēs moriunt ꝯhēdo origiale pctm̄: ita ⁊ i
chr̄o oēs viuificabunt ꝯſequēdo baptiſmalē gr̄aꝫ: qꝛ
ꝑ baptiſmū abſoluimur ab illo ordie: ꝑ quē ut mēbra
ade tenemur hr̄e originalē iuſtitiā: dꝛ ꝑ bapᵐ dimitti
origiale pctm̄. nō qꝛ reſtituat nob̄ origialis iuſtitia: ſꝫ
qꝛ amoti ab ordie ade ⁊ collocati ſb̄ ordie chr̄i: abſol
uimur a debito hñdi origialē iuſtitiā. ¶ Eſt itaq̄ꝫ hᶜ
3ª via ꝙ origiale pctm̄ nō ē ꝓuatio tm̄. ſꝫ hꝰ pctm̄ cō-
parat ad ipos hñtes cū hñtes ex ſola tali ꝓuatiōe nō
reputant pctōres. Aduertēdū ḡ qꝺ dixim⁹ ꝙ declabi
m⁹ ꝙ hñtes origiale pctm̄ ꝯſequūt ipꝫ ꝑ originē quā
hñt ex adā: ⁊ dꝛ adā i ipſos trāſfūdē tale pctm̄. ſꝫ cuꝫ
oē pctm̄ ſit i aia: nō pōt dici ꝙ adā trāſfūdēt in poſte-
ros tale pctm̄ i ipſā aiaꝫ hꝰ pctm̄ imittēdo: ſꝫ ſolū eā
ad aliq̄d obligādo. Nā aia ꝯiūcta corꝑi traxit origi-
nē ab adā: ſꝫ ꝙ hꝰ obligat ad hñdū origialē iuſtitiā:
ut poſſet ꝑ eā ꝯſeq̄ ſalutē: qꝛ ſic erat ordo iſtitut⁹: ut ē
ꝑ hita diffuſi⁹ declatū. Cū ḡ pctm̄ ſit nō hr̄e qꝺ q̄s dꝫ:
⁊ tenet hr̄e: ⁊ ex hoc dicat origiale pctm̄: oē pctm̄ nō
erit hꝰ pctm̄: puta ꝓuatio origialis iuſtitie: ſꝫ hꝰ ꝓua
tio cū q̊dā debito hñdi. ¶ Q̄ꝺ aūt obiciebat ꝙ non
ſūt niſi tria i aia: poᵃ: hit⁹: ⁊ paſſio. dicem⁹ ꝙ pħs nar-
rat ſolū ea q̊ ex puris nālib⁹ poſſum⁹ iueſtigare eē i aia
cuiuſmodi nō ē origiale pctm̄. ꝙ eni nā ſic fuerit inſti
tuta: ⁊ ꝙ ſꝫ talē ordinē debebat ſalutē ꝯſeq̄: ⁊ ꝙ i alio
ordie collocati ſalutē ꝯſeq̄ nō poſſum⁹ ſufficiēter ex
nāli rōne uenari non poſſet. tñ hoc pctm̄ pōt aliq̊ mō
uocari hit⁹ uocādo hitū q̄cq̄d aliq̊ mō icliat ad aliq̄d
hēm⁹ eni ꝑ hꝰ pctm̄ origialē icliationē ad pctā actua
lia: cū icipim⁹ hr̄e uſū libi arbitrij: q̄uis hꝰ icliatio nō
totalr̄ tollat i bapᵒ: qꝛ nō reſtituit nob̄ iuſtitia origial'
ꝺbilitat tñ ⁊ miuit hꝰ icliatio ꝑ gr̄aꝫ bapˡᵉᵐ. Q. XX.

s **Ecūdo** q̄rebat de pctō origiali ſpalr̄
ad btāꝫ ṽginē ſuppoſito ꝙ fu
erit ꝯcepta i pctō origiali. Utrū i illo eodē in
ſtāti potuiſſet hr̄e gr̄aꝫ. Et arguebat ꝙ ſic. qꝛ i talib⁹
corꝑalib⁹ nō poſſum⁹ itelligē ꝙ aliq̄d ſil' moueat ⁊ q̄e
ſcat: qꝛ opꝫ iter duos mot⁹ ꝯrios cadē q̄etē mediā. Si
ḡ faba ꝓijcit ꝯ turrim: qꝛ nō pōt turri retinē aduenie
te turri ul' forte añ aduētū mouebit faba ꝯrio mō. Et
qꝛ opꝫ eā q̄eſcē: mouebit ⁊ q̄eſcet. Sꝫ q̄ rōne corꝑ⁹ ꝑt
eē ſil' ſb̄ oppoſitis ut ſb̄ q̄ete ⁊ motu: potit ⁊ ſps eē ſb̄
culpa ⁊ gr̄a. Et hoc vꝫ eē tenēdū de ṽgie gl'ioſa cū de
ea celebrat ꝯceptiōis feſtū. ¶ Jn ꝯriū ē: qꝛ hoc ponē
eſt iplicare ꝯdictionē ⁊c̄. ¶ Rᵒ dōm ꝙ i hac q̄ōne ſic
ꝓcedem⁹: qꝛ ꝓᵒ recitabim⁹ q̄d alij ſenſerūt circa hanc
māꝫ: poſtea oñdem⁹ q̄d tenēdū ſit. 3ᵒ circa q̄ōnē ꝓpo-
ſitā tāgebat de celebratiōe ꝯceptiōis ṽgis: ad hᵒ ſpā
lit' deſcēdem⁹ quō poſſit tale feſtū celebrari. ¶ Pro-
pter ꝓᵐ ſciēdū aliq̄s uoluiſſe dicē ut ſaluarēt quō poſ
ſent debite celebrare feſtū ꝯceptiōis btāꝫ ṽginē nō fu
iſſe i origiali pctō ꝯceptā. Dicūt eni initētes aucti an-
ſelmi i de ꝯceptu ṽgiali. ꝙ decuit ꝙ mr̄ dei ea purita-
te niteret q̄ maior ſub deo neq̄t itelligi. Sꝫ circa ori-
ginale pctm̄ pōt itelligi ꝙ aliq̄s ſe hēat tripl'r. ul' ꝙ nō
poſſit ꝯhē nec ꝯhit. uel ꝙ poſſit ꝯhē ⁊ ꝯhat. uel me-
dio mō ꝙ poſſit ꝯhē ⁊ nō ꝯhat. Jn ꝓᵒ ḡdu eſt chr̄s q̄
nō poſſet ꝯhē pctm̄: nec ꝯxit. Jn alio ḡdu ſum⁹ nos q̄
poſſum⁹ ꝯhē ⁊ ꝯhim⁹. Si igit btā ṽgo ē ſupra nos ⁊
ifra chr̄m hūit ſe medio mō: qꝛ potuit ꝯhē ⁊ nō ꝯxit.
imo cū iſte modus ſe hñdi ſit ſb̄ deo. i. ifra deū: ⁊ ifra
chr̄ꝫ. ⁊ cū iſte modus ſit itellībilis nō niteret btā ṽgo
illa puritate quā ſibi attribuit anſelm⁹ niſi hūiſſet hūc
modū. Sꝫ hec poſitio ſtare nō pōt: qꝛ aug⁹ i de bapᵒ
ꝑuuloꝝ ꝯ pellagianos. vult ꝙ chr̄s pctm̄ nō hūit: qꝛ
nec origiale ꝯxit: nec ſuū addidit. Cui⁹ rōnē aſſignat:
qꝛ ex̄ uolūtatē carnalis libidis uenit: ⁊ nō fuit ibi cō-
plex⁹ maritalis. Et ſb̄dit ꝙ de ṽgis corꝑe aſſūpſit nō
vuln⁹: ſꝫ medicamētū. nō ꝙ ſanaret: ſꝫ vñ ſanaret. vñ

ɔcludit ibidē ꝙ ſolus ipſe fuit ſine pctō: ꝛ ꝙ nullū mē
broꝝ eiꝰ fuit ſine pctō. Dicemꝰ ğ ꝙ dicē ꝙ btā vgo nō
fuerit ɔcepta i origiali: ē dicē ꝙ nō fuit orta ex libidi
ne carnis ex cōplexu maritali: cū oēs ſic nati in pctō
ſint ɔcepti. Et ē ēt dicē ꝙ nō fuerit mēbꝝ chri: cū au
gꝰ aſſerat nullū mēbroꝝ fuiſſe ſine pctō. Hoc idē vlt
augꝰ ſup ioanē ſmonē ð chro faciēs qð exponēs illð
vbū ioanis. Ecce agnꝰ dei dicēs. O ſi agnꝰ inocēs ꝛ
ɋt ex illa radice uenitūr: ꝛ ex illa ꝓpagie de ɋ cātat da
uid. Ego i iniqtate ɔceptꝰ ſū. Et ɔcludit ꝙ ſolus ğ ille
agnꝰ ɋ nō ſic uenit. Btā ğ vgo qꝛ ɔcepta fuit ſʒ ample
xū maritalē ſic ceťi hoīes fuit i pctō origiali ɔcepta. ꝛ
qð dicūt de illo medio mō. Dicemꝰ ꝙ talē mediū mo
dū nō eſt itelligē neqꝫ dare. Nā ɋcūqꝫ ɔcipit: uel ɔci
pit via nāe ex ſemie virili: ꝛ tūc pōt ɔhē ꝛ de necita
te ɔhit origiale. Uel ɔcipit ſupra nāʒ ꝛ ope diuino: ꝛ
tūc nec pōt ɔhere: nec ɔhit loquēdo de origiali pec
cato ɋtū ad illð qð eſt formale in eo qð eſt debitū ha
bēdi origialē iuſtitiā ad qð debitū nō obligamur: niſi
qꝛ per originē ſʒ rōnē ſeminalē ꝓceſſimꝰ ab adā: ꝛ qꝛ
nō eſt dare mediū iter hūc modū ꝛ illū: ꝛ qꝛ nō ē me
diū iter affirmationē ꝛ negationē: iō dicimꝰ oēs alīj a
chro origiale pctm̄ ñ ſolū potuerūt ɔhē: ſʒ ēt ɔxert.
¶ Addūt aūt iſti ad fulcimtū pōnis ſue auctes qſdā
eo ꝙ qdā gl. dic ſup illð luce. Replebit ſpū ſcō: de be
ato ioane ꝙ nōduʒ illi iherat ſpūs vite: ꝛ iā ei iherat
ſpūs grē. Propť qð vī uelle ꝙ nō fuerit in pctō origi
nali ɔceptꝰ. Sʒ ſic itelligē hꝰ glo. ſic vba ſonāt ē oio
īpoſſibile cū nō poſſit eē ſuſceptiuū grē corpus: ſʒ aia
nō ğ eē poterat ꝙ illð corpꝰ nō viueret ꝛ ꝙ nō ieſſet
ei aia poſtꝙ erat ibi ſuſceptio grē. ¶ Dicemꝰ ğ ꝙ ipe
actꝰ intelligēdi triplr dī vita. vñ ꝛ dñs ipm cognoſcē
ꝛ ipm itelligē dñm uocat vitā eternā: iuxͣ illð. Hec ē
vita eterna ut cognoſcāt te. Et cōmētator ſup. 12. di
cit ꝙ actꝰ intellectꝰ dī vita. Beatꝰ ğ ioānes nōdū hēbat
ſpūʒ vite: qñ ierat ei ſpūs grē. i. nōdū habebat rōnis
uſū. ¶ Uł poſſumꝰ dicē ꝙ vita dī de ipa uegetatiōe
ꝛ nutritiōe quā hʒ corpꝰ p aiaʒ. Sʒ nutriri ꝛ uegetari
pōt dici duplr. Uel ut dic aliqd ſʒ ſe ꝛ ſepatū: uel ut
alīj ɔiūctū. Fetꝰ eni ɋdiu ē in corpe mrīſ qſi nutrit ut
aliqd ɔiūctū mrī. Hebat eni beatꝰ ioānes cū ei iherat
ſps grē aiaʒ aliā a mr̄e. Sʒ actū uegetādi ꝛ nutriēdi
hēbat qdāmō ex uegetatiōe ꝛ nutritōe mrīſ dū erat
i corpe eiꝰ. Et qꝛ adhuc i corpe mrīs ex̄ns repletꝰ eſt
grā. dī hūiſſe ſpʒ grē aī ſpʒ vite. i. añꝙ exiret ð corpe
mrīs: ꝛ añꝙ ſepatꝰ a mr̄e uegetaret ꝛ nutret. ¶ Ad
dūt ēt de aug ɔ. 5. hēreſ. hēſi 3ª. ꝙ ſi potuit coinqnari
cū ſuā mr̄eʒ facēt potuit coinqnari cū ex ea fiet. Si ğ
chrs nō potuit coinqnari cū fieret ex mr̄e nec mr̄ po
tuit coinqnari cū eā faceret chriſtus. Sʒ dicemus ꝙ
ābe ille ꝓpōnes referēde ſūt ad chrm: ut dicamꝰ ꝙ ſic
chrs nō potuit coinqnari faciēdo mr̄em ēt nō potuit
coinqnari fiēdo ex mr̄e. Solute ğ ſūt auctes que vi
dent dicē ꝙ aliqs aliꝰ a chro nō ſit i origiali ɔceptꝰ.
cū ğ hec poſitio ſʒ ſcoꝝ dcā ſtare nō poſſit. ¶ Pro
pter hoc ē aliꝰ modus dicēdi quē ꝓſequēdo appet qd
ſit de qōne tenēdū. dī eni ꝙ btā vgo fuit i origiali cō
cepta ſm ꝙ qð ſupponebat: tñ nō ſtetit i origiali niſi
p iſtās: ſm quē modū potat celebrari feſtū ɔceptiōis
nō qꝛ nō fuerit i origiali ɔcepta: ſʒ qꝛ nō ſtetit ibi p ali
qð tps: ſʒ ſoluʒ p iſtās. iō poterat tps ɔceptiōis cele
brari. ponūt aūt exēplū de ſagitta mota que ſolū p in
ſtās ē i loco ſibi eqli. ¶ Sʒ ſi hec poſitio eēt va ɋtū
nobis occurrit cogēmur ponē qð qð querebat. vide
licet ꝙ ſilꝰ fuiſſet ſub culpa ꝛ ſb grā. Poſſumꝰ aūt hūc
modū ponēdi triplr iꝓbare ſm ꝙ culpa ad grām ꝛ
potiſſime clpa origialis triplr cōpari pōt. pº qꝛ oppo

nit grē: qꝛ hoc ē de rōe cuiuſlibet clpe ꝙ hēat aliquā
oppōnē ad grāʒ. 2º ꝙ ꝓcedit grāʒ clpa que ɔhit p ori
ginē. 3º qꝛ expellit p iſuſiōeʒ grē. ¶ Propť pm̄ ſciēdū
ꝙ i illis mutatis eē: que ordinant ad pfectionē a mā
aliq pōt hēre vitatē qð dī videlʒ ꝙ i iſtāti hēt aliqd
eē ſb hoc: ꝛ i tpe ꝙ imediate coplat ad illð iſtās rece
dit ide: ita ꝙ nō fuit ibi niſi p iſtās tm̄: ſm quē modū
dicimꝰ ꝙ oīa loca itermedia ordiant ac hoc ꝙ acqrat
locus ultimus. Propť qð cū locatū mouet ad aliquē
locū mouet p oīa loca itermedia ꝛ ſp ē i loco ſibi eq
li. ſʒ ɋdiu mouet ē in loco ſibi eqli ſolū p iſtās. Quā
diu eni durat motꝰ nunꝙ eſt ſignare tps in ɋ ſit i eodē
loco ſibi eqli: qꝛ tūc ſe mouēdo qeſceret. ſʒ ſolū p in
ſtās ē ſic in loco ꝛ i tpe ꝙ copulat ad hꝰ iſtās recedit
ab illo loco. Sic ğ dōm ē dū mobile ꝓcedit p ea que
ordinant ad aliqd acqrendū. Sʒ cū ꝓcedit de oppo
ſito i oppoſitū qð ē ibi oino modus ɔrꝰ ut pʒ ex phō
in 8º. Ut ſi de albo dʒ fieri nigrū: nō dabimꝰ ultimū i
ſtās i ɋ ē albū: ſʒ dicemꝰ ꝙ p totū tps tale fuit albū: ꝛ
in iſtāti ꝙ copulat ad illð tps ɋ fuit nigrū. Cū ğ culpa
ſit oppoſita grē ſi dʒ aia de clpa trāſire ad grāʒ: nō da
bimꝰ ultimū iſtās i ɋ fuit culpa: ſʒ dabimꝰ tps aliqð p
qð fuit i culpa: ꝛ dicemꝰ ꝙ i iſtāti ꝙ coplat ad illð tpſ
cepit eē in grā. Sile ēt eēt ſi de grā traſiret ad culpā.
Nō ğ ē dōʒ ꝙ aliqs ſolū p iſtās poſſit eē ſub aliq op
poſito: ꝛ poſtea trāſire ad oppoſitū. quia tūc eſſet da
re ultimū iſtās in ɋ fuit ſb illo oppoſito: qꝛ idē eēt ibi
pm̄ū ꝛ ultimū. cū non ponat ibi niſi vnū iſtās: imo ſi
aliqs ſolū p iſtās ſtaret ſb aliq: ꝛ ſtati tēderet i oppo
ſito ut ꝓbat phs in pº phiſicoꝝ ſil moueret oppoſitiſ
motibꝰ: ꝛ p ɔñs ſil eēt ſb oppoſitis pp qð ſʒ hūc mo
dū dicēdi ſil eēt ſb grā ꝛ ſb culpa. ¶ Pʒ ğ qd dōm
ſit de qōe. Dicemꝰ eni ꝙ btā vgo fuit i origiali ɔcepta
ꝛ p aliq morulā: ſiue p aliqð tps lʒ ualde breue ſtetit
in hꝰ origiali. Sile aūt qð aſſignat ponētes ponē p
dictā de ſagitta mota: qꝛ ſolū p iſtās ē i loco ſibi eqli.
Pʒ ꝙ magis eſt ad oppoſitū ꝙ ad ꝓpoſitū: cū loca p
que mouet ſagitta mota ordinent ad locū ad quē ua
dit. Clpa aūt nō ordiat ad grāʒ: ſʒ magis hēt oppoſi
tū ad illā. ¶ 2º qdē pʒ ꝓut hꝰ culpa origialis ꝓcedit
grāʒ. Dicemꝰ eni ꝙ oē agēs expellit oppoſitū imittē
do ꝓpoſitū: ita ꝙ prꝰ imittit ꝛ induc ꝙ expellat ꝛ ſi nō
duratiōe tpis ſaltē ordie nāe: ut ſi deberet aliqs ifigē
do vnū clauū expellē aliū: qꝛ ifigēdo expellet niſi ex
pellēdo ifiget prꝰ itelligeret ifigē ꝙ expellē. Si ğ in
btā vgie fuit clpa origialis ſolū p iſtās quā admouit i
fūdēdo grāʒ: qꝛ ē dare ultimū iſtās i ɋ fuit i tali clpa:
ɋremꝰ i ɋ iſtāti fuit hꝰ clpa fugata p grāʒ. aut i illo eo
dē iſtāti aut i alio. Si i illo eodē iſtāti ğ ſil fuit in clpa
ꝛ i grā. imo ſʒ aliquē modū hoc poſito prꝰ fuit i grā
ꝙ i culpa ſaltē ordie nāe. cū prꝰ intelligat ifūdi grā ꝙ
expelli clpa. Si ğ i eodē iſtāti i ɋ icepit eē clpa icepit
expelli ordie nāe prꝰ icepit ifūdi grā ꝙ expelli culpa
ſʒ ordinē prꝰ fuit i grā ꝙ i culpa. Eſt ğ ſpalis rō ſi cō
paret clpa ad grāʒ: p quā ab agēte expellit: qꝛ ſp ē da
re aliqð iſtās i ɋ induc formā: cū eni de tpe nō ſit niſi in
ſtās. Sp iſtās erit potiꝰ rei entꝭ ꝙ nō entꝭ. Rō cū aliō
corrūpit ꝛ aliō gñat ñ damꝰ ultimū iſtās i ɋ ē ſb foia
corrupti. ſʒ damꝰ pm̄ inſtās in ɋ ē ſb foia gñati. Uñ ꝛ
phs i 8º dic ꝙ iſtās ſp ē poſterioris rei que icepit eē ñ
pōris que deſinit. Dabimꝰ ğ aliqð iſtās i ɋ ifūdit grā
ꝛ ñ poterimꝰ dicē ut iſti dicūt ꝙ ſolū i iſtāti fuit i clpa
ꝛ in tpe. qð copulat ad illð inſtās fuit i grā: ſicut ſi in
ſtās eēt rei pōris ꝛ deſinētis eē ꝛ ēt tps rei poſterio
ris ꝛ hñtis eſſe qð totū eſt ecōuerſo. Per aliqð itaqꝫ
tps lʒ modicū fuit in culpa corruptibilis ꝛ in iſtāti ꝙ
copulat ad illð tps icepit eē i grā. ¶ Addūt ponē

tes tñ poſitionē p̄dictā ab ipſa vitate coacti ſm q̄ ſi originalis culpa ⁊ gr̄a cōparent ad agēs hñt ſil' eē: qꝛ cū per cōpatiōnē ad agēs ſit pri⁹ iſuſio gr̄e q̄ expulſio culpe: ſi iſtāti hūiſſet eē hi⁹ culpa: ⁊ in tpe qd̄ ſequitur iſtās eēt iſuſio gr̄e. Videret eis ex hoc q̄ iſuſio ſequeret̄ expulſionē: iō uolūt q̄ in ordie ad ſbm cl̄pa fuit iſtāti: ⁊ iſuſio gr̄e in tpe qd̄ copulat̄ ad iſtās. ſ3 in cōparatiōe ad agēs in eodē iſtāti ut eſt aliō ⁊ aliō ſi gnū. videl3 ut eſt finis p̄oris: ⁊ initiū poſterioris hūit eē expulſio culpe ⁊ iſuſio gr̄e. ¶ S3 oino iſtud ſtare nō pōt: qꝛ tūc gr̄a eēt p̄oꝛ ſeipſa duratiōe cū vno mō infūdet̄ in iſtāti qd̄ p̄cedit tp̄s. alio mō iſundet̄ in tpe qd̄ ſequit̄ ad iſtās qd̄ nullo mō eſt poſſibile. Nā eni ſi ue nāli itelligētia aliqd̄, put alio ⁊ alio mō ꝯſideratur pōt eē pri⁹ ⁊ poſteri⁹ ſeipſo. ſed nullo mō pōt hoc eē duratiōe ul' tpe. ¶ Tertia ēt via, put per gr̄a3 expellit culpa patet q̄ nō in illo eodē iſtāti in quo icipit eē culpa expellit a gr̄a: qꝛ tūc ſil' eēt ſub culpa ⁊ non ſub culpa. op3 igit̄ dare aliud iſtās. ⁊ per ꝯn̄s tp̄s itermedū. in illo eni inſtāti in q̄ expellit oppoſitū hēt nō eē: qꝛ hoc eſt ip3 expellē facē ipm nō eē. Quare ſi in illo iſtāti in q̄ icipit eē expelleret̄: in illo iſtāti in q̄ icipiet eē deſineret eē. propt̄ qd̄ ſil' eēt ⁊ nō eēt: qd̄ eſt implicare ꝯdictionē. Quia g̃ que agunt̄ in corpe, put ſum⁹ in corpe: ⁊ maxie que ꝯhunt per corp⁹ ſiue p̄ originē corpalē referēda ſūt ad nr̄m tp̄s. imo ſi referem⁹ hoc ad tp̄s qd̄ mēſurat itellectiōes uel affectiōes uel motiōes angelicas. hoc idē ſequeret̄ pp̄ qd̄ oino tuti⁹ eſt ponē itellectui nr̄o magis itelligibile: q̄ btā v̄go per aliqd̄ tp̄s ualde breue fuit in originali ⁊ poſtea in iſtāti q̄ cōplebat̄ ad illud tp̄s incepit eē in gr̄a. eſſe itaq̧ in originali p̄ceſſit tpe ⁊ duratiōe ip3 eē in gr̄a. S3 nō eē in originali: ⁊ eē in gr̄a fuerūt i eodē iſtāti. qd̄ aūt iſto rū fuit pri⁹ per cōpatiōnē ad agēs. pri⁹ fuit eē in gr̄a: q̄ nō eē: uel deſinē eē ſub culpa. ⁊ qꝛ infūdēdo gr̄am: remouit culpā p̄ cōpatiōnē ad ſb3. Pōt dici pri⁹ fuiſſe deſinē eē ſub culpa: qꝛ hoc mō aīa icepit eē ſub gr̄a qꝛ deſinit eē ſub culpa. Cōcludam⁹ g̃ ex dictis q̄ cl̄pa hēt oppoſitū ad gr̄a3: ut dicebat rō p̄ª: ⁊ ut inuebant alie due rōnes ſequētes. Nā hoc mō culpa origialis p̄cedit gr̄a3 ſic vnū oppoſitoꝝ p̄cedit aliō: ⁊ hoc mō gr̄a fugat culpā: tā originalē: q̄ aliā. Sicut vnū oppoſitoꝝ fugat aliud. nunq̄ aūt trāſit de oppoſito ad oppoſitū ſine tpe medio: qd̄ eſt de rōne ipi⁹ oppoſitiōis motuū. Nō ē eni hoc pp̄ reſiſtētiā medij. Nā pp̄ hi⁹ reſiſtētiā ſuffic̄ q̄ aliqd̄ ſit alicubi in iſtāti ⁊ in tpe ide recedat. Sed nunq̄ de oppoſito itur in oppoſitu3 niſi ibi fuerit in tpe determinato. Dato ēt q̄ mot⁹ eēt in iſtāti. Int̄ oppoſitos tñ mot⁹ itercipet̄ tp̄s. ut ſi lapis moueret̄ in uacuo ⁊ moueret̄ in inſtanti ut loquamur mō q̄ loquit̄ ph̄s in 4° cū p̄ueniret ad terra3 oporteret ibi eē in tpe in loco. igit̄ deorſum quē acquiſiuiſſet lapis. Sic mot⁹ nō poſſe moueri poſtea motu oppoſito. ⁊ tendē ſurſū niſi p̄ tp̄s aliqd̄ in terra q̄ſceret. ſic ſi aīa per originē carnis ꝯhit culpā originalē nō pōt ſ3 hūc ordinē quē videm⁹ fieri ſub oppoſito: ut ſub gr̄a niſi p̄ tp̄s aliqd̄ fuerit ſb̄ cl̄pa. ¶ Nūc videm⁹ in hoc magnā laudē v̄ginis ex q̄ ponim⁹ eā ſub origiali cōceptā. Utꝝ in hi⁹ originali fuerit per iſtāſ tm̄: uel per tp̄ſ iperceptibile. Modicū eni ⁊ iperceptibile tp̄s q̄ſi inſtās reputat̄: ⁊ qꝛ rōnabili⁹ eſt q̄ res nō poſſit, p̄cedē de oppoſito in oppoſitū ſine tpe medio: ⁊ nō p̄ aliqd̄ tp̄ſ q̄ ipceptibile: ſi fuerit ſub illo oppoſito tenebim⁹ pro vitate qōnis ⁊ tanq̄ rōnabili⁹ dictu3 q̄ btā v̄go fuit ſub origiali ꝯcepta ⁊ in ꝯceptiōe eſt vi⁹ virilis ſeminis ⁊ amplex⁹ maritalis iteruenit ⁊ ſub hi⁹ originali culpa per aliqd̄ tp̄s fuit. l3 ualde credibile ſit q̄ tp̄s illud fuit ualde breue ⁊ q̄ſi iperceptibile. ¶ His itaq̧ p̄libatis uolum⁹ declarare quō ꝯgrue poſſet celebrari feſtū ꝯceptiōis. Dicem⁹ eni q̄ aliqd̄ eſt laudabile in iferiori re: qd̄ nō eſt laudabile in ſupiori. In chr̄o eni nō fuiſſet laudabile q̄ fuiſſet ꝯcept⁹ in originali. Quia non fuit maritali āplexu ꝯcept⁹. ſ3 in his qui maritali āplexu ꝯcepti ſunt: qꝛ hoc mō fiūt mēbra chr̄i, put ab originali per gr̄a3 liberant̄: l3 eē in originali nō ſit ſm ſe laudabile. tñ, put fiūt mēbra chr̄i ad laudē ptiet. Nō eni aliq̄s alit̄ fit mēbrū chr̄i: niſi qꝛ ab originali libat̄ p̄ chr̄3. Un̄ ⁊ aug⁹ in de baptiſmo puuloꝝ ponēs ſilitudinē de ſ̄pente exaltato in heremo: ⁊ de chr̄o ait. Si mouet te inocētia in vita, p̄a nō negare ꝯctū eē reatū de vita p̄mi parētis. Et ſubdit noli negare ꝯficē uene nū ut poſcas medicū: niſi eēt de iſirm⁹ uel niſi poſſet iſirmari nō hēret ordinē ad medicū: ⁊ qꝛ nō eſt dare illū mediū modū q̄ aliq̄s poſſit ꝯhere originale ⁊ nō ꝯxerit. q̄cūq̧ negat̄ originale ꝯxiſſe: negat̄ ad chriſtu3 ordie hūiſſe ⁊ ei⁹ mēbꝝ fuiſſe. ¶ Cōmendem⁹ itaq̧ beatā v̄ginē: ſ3 nō ſic q̄ negem⁹ eā fuiſſe mēbrū chr̄i. Immo ad magnū ei⁹ excellētie ſingulari p̄uilegiū ptinet q̄ ſola fuit que peperit hoie3 ēt nullo originali cōceptū: q̄ ⁊ ſi btā v̄go fuiſſet ſine originali ꝯcepta hoc p̄uilegiū nō ſingulr̄ ei cōpeteret: ſ3 ⁊ beate anne que eā genuit cōpetiſſet. ¶ Diſtinguem⁹ g̃ ut aliqui diſtinguūt ⁊ bñ: q̄ btā v̄go fuit ꝯcepta mūdo ſm carne3 ⁊ ꝯcepta deo ſm gr̄a3. tpe g̃ quo fuit ꝯcepta ſm carne3 poſſum⁹ celebrare feſtū ei⁹ referēdo ad ꝯceptiōnē ſ3 gr̄am. Nā de multis feſtiuitatib⁹ facim⁹ octauā: utputa, de natiuitate dn̄i per totā octaua3 dicimus. hodie chr̄s nat⁹ eſt, i. tali die celebram⁹ natiuitatē chr̄i. Silr̄ dicē poſſum⁹. hodie btā v̄go ꝯcepta eſt ſ3 gr̄a3. i. tali die celebram⁹ feſtū tale ꝯceptionis. ſicut g̃ in die in q̄ nō nat⁹ eſt chr̄s: dicim⁹ hodie chr̄s nat⁹ eſt: referendo hoc ad diē natiuitatis. Ita in die ꝯceptiōis v̄ginis ſ3 carnē in qua nō eſt ꝯcepta: ſ3 gr̄a3 poſſum⁹ celebrare feſtū ꝯceptiōis v̄ginis referēdo hoc ad ꝯceptiōnē ſ3 gr̄a3: ⁊ de multis ſanctis celebram⁹ feſtū depoſitiōis corpis nō tpe depoſitionis: uel qꝛ ignorat̄ hi⁹ tp̄s uel pp̄ aliquā aliā cām. Si g̃ nō tpe depoſitiōis celebramus tp̄s depoſitiōiſ. hoc nō obſtāte poſſum⁹ dicē hodie facta eſt depoſitio talis ſcti. i. deſt hodie colit̄ ⁊ celebrat̄ dies qua facta eſt depoſitio talis corpis. Uel poſſum⁹ dicē ut q̄dā dicūt ⁊ bñ q̄ ⁊ primogenito regis anteq̄ ſit rex fit excellētioꝛ honoꝛ ⁊ reuerētia: qꝛ expectat̄ q̄ ſit in tāta excellētia dignitatiſ. Sic btā v̄go ꝯcepta mūdo ſ3 carnē debebat̄ ꝯcipi deo ſ3 tātā excellētiā gr̄e. Sic celebrare poſſum⁹ ꝯceptiōnē eiuſ ſm carnē. nō qꝛ hoc mō fuerit ꝯcepta ſācta: ſ3 qꝛ futura erat ut eēt ualde ſācta. ut nō fiat celebratio alicu⁹ niſi rōne ſcītitatis. tāta eni fuit excellētia ſcītitatis ei⁹ ut anteq̄ ſancta eēt rōne tante excellentie ſanctitatis quāta in ea fieri debebat: poterat ei reuerētia exhiberi. nō eni reprobaremus qui reuerētiā exhibet ueſtibus quib⁹ uſus fuiſſet aliquis etiā anteq̄ eſſet ſanct⁹ dum tamē hocad ſanctitatem referat. ¶ Quod v̄o obiciebat̄ de faba, piecta ad turrim. Dicem⁹ q̄ faba ſic ſe hn̄s quieſcit per ſe ⁊ mouet per accidēs. Si eni pila de alto, piceret̄ ſup aliquā tabulā anteq̄ pila per ipulſū ad tabulā reflecteret̄ ſurſu3 ibi eēt dare quietē mediā rōne ꝯrietatis motuū. ſ3 ſi in illo eodē inſtanti in quo pila attingit tabulā aſcenderet q̄ſceret: g̃ pila per ſe in tabula: ſ3 moueret̄ per accidēs motu tabule. Sic in tactu turris ſi faba attingeret uſq̧ ad turrim quieſceret per ſe ⁊ moueret per accidēs motu turris:

uel qꝛ forte turris caderet ualde ĩpelleret aerẽ ſub ſe faba moueret motu ꝯ̃rio et anteꝙ̃ ptigeret ad turriꝫ ſꝫ anteꝙ̃ icipet hi⁹ motũ ꝯ̃riũ qeſceret per ſe ⁊ moueret per accn̄s motu aeris a turri ĩpulſu. ſꝫ tale per ſe ⁊ per accn̄s nõ poſſum⁹ ſaluari in origiali culpa ut dicam⁹ v̄ginẽ fuiſſe in originali per ſe in tp̃e: ⁊ per accidens non: qꝛ nõ eſſet dare tale per accidens.

p **Oſtea querebatur** de homine q̄tum ad ſtatũ vite ꝓut cõparat̃ ad peccatũ actuale. Diſtinguit̃ autẽ tripl'r hi⁹ pctm̃ cordiſ oriſ ⁊ opis. Circa pctm̃ cordiſ nihil querebat̃. ſꝫ circa pctm̃ oris ⁊ operis fiebãt tres qõnes. vna de pctõ oris in ſe. Utrum religioſus frangẽs ſilentiũ cũ agat ꝯ̃ ꝯſtitutões. ſ. peccet mortal'r. Alia de peccato opis in ſe. Utꝝ lucrũ de pecunia uſuraria ſit reddẽdũ. Tertia de peccato oris. Utrũ peccatũ piurĳ ſit maius ꝙ̃ homicidĳ. Queſtio. XXI.

s **D primum** ſic ꝓcedebat̃: qꝛ ut dicebat ſicut ĩpudicus oculus ĩpudici cordis eſt nũci⁹: ita ut dicebat frãgẽs ſilẽtiũ eſt ſignũ ꝙ ſit maloꝝ moꝝ: g̊ ⁊c̄. ¶ In ꝯ̃riuꝫ eſt qꝛ ut dicebat ꝯſtitutiões nõ obligant ad culpã ſed ad penã: qõ multi religioſi hn̄t in cõſtitutionib⁹. g̊ ⁊c̄. ¶ R̸⁹ dicendũ: ꝙ illud qõ ꝯſtõnes religioſoꝝ negãt. uel eſt ꝓhibitũ qꝛ malũ ſicut ꝓhibent fornicationẽ furtũ ⁊c̄. que ſm̃ ſe ſũt mala. uel ecõuerſo ꝓhibita in ꝯſtõnib⁹ nõ ſunt mala ſm̃ ſe: ſꝫ ſolum qꝛ ꝓhibita: utputa loqui ſꝫ ſe. qõ põt eẽ in culpa. qõ eſt ꝓhibitũ in ꝯſtõnibus poterit religioſo eẽ culpabile. Sic ꝙ ꝓhibita in ꝯſtõnib⁹ ptineãt ad primũ moduꝫ certũ eſt ꝙ faciẽs ſic ꝯ̃ ꝯſtõneſ peccat mortal'r. Quia facit ea que ſunt mala ſm̃ ſe. i. ex ſuo gñe. Aliqua eni ſunt talia que ſtatim noiata hn̄t ꝯuolutã malitiam ut dr̃ in ethicis ſic̄ adulteriũ furtũ ⁊c̄. Hi⁹ ſi ꝓhibita ptineãt ad 2ᵐ modũ: nõ tñ ſint mala niſi qꝛ ꝓhibita ꝯſtitutiões ſic ꝓhibẽteſ poterãt ſe hẽre: aut expſſe dicũt ꝙ hi⁹ ꝯſtõnes nõ obligẽt ad culpã ſꝫ ad penã: aut expreſſe dicũt oppoſitũ: ꝙ nolũt ꝙ obligẽt tam ad culpã ꝙ̃ ad penã. aut ſubticẽt qꝛ nõ dicũt hoc: nec illud. Si pmo mõ religioſus viuẽs ſub talib⁹ ꝯſtõnib⁹ frangens ſilentiũ nõ peccat mortal'r. Quia itẽtio p̄lati eſt ꝙ per tales ꝯſtõnes ſubditi tenẽtes eas domẽt ſuas paſſiões ⁊ ſuas uolũtates: ⁊ hoc ſit eis in penaꝫ ⁊ nõ in meritũ. Nõ aũt uolũt ꝙ trãſgredientes incurrant mortalẽ culpã ⁊ dãnationẽ. Nã ⁊ tota religio chriana hẽt multa hi⁹ que ſi chriani faciãt merent̃: ſic̄ eſt ẽt ieiunare ẽt tpibus nõ ſtatutis ab eccl'ia: ⁊ multa ſil'ia: que tñ ſi nõ fiant: uel non mortal'r peccãt: uel in nullo peccãt. Sicut põt ⁊ p̄lat⁹ religiõis alicuius ordinare aliq̈ ad macerationẽ carnis que facta ſunt ad meritũ ⁊ ad ſalutẽ: non obſuata. que ordinet ⁊ uelit p̄lat⁹ ꝙ nõ ſint ad mortalẽ culpã ⁊ dãnationẽ: cuiuſmodi põt eẽ fractio ſilẽtĳ. ſic itaqꝫ ſe hn̄tib⁹ ꝯditionib⁹ frangẽs ſilentiũ nõ peccat mortal'r: niſi hoc faceret ex ꝯtẽptu. ¶ Poſſum⁹ aũt dicẽ ꝙ religioſus dr̃ aliq̇d facẽ q̄tũ ad pn̄s ſpectat ex ꝯtẽptu dupl'r. Primo ſi hoc ipſo qꝛ hec religio p̄cipit ipſe vult ꝯ̃riũ facẽ ubi maxime apparet ꝯtẽptus. Sicut dicet̃ aliq̇s in ꝯtẽptũ ⁊ deſpectũ facẽ ꝯ̃ aliquẽ qñ niteret̃ facẽ ea que ſibi ſunt ꝯ̃ria. Scd̃o dr̃ facẽ in ꝯtẽptũ religionis: qñ nõ tenet ſe ad frenũ religiõis ⁊ religionẽ nõ teneret niſi q̄ten⁹ timet uel ꝓpt̃ aliã cãm cui⁹ rõne religionis nihil curarẽt obſeruare de ſtatutis religionũ ſicut dicim⁹ ꝙ aliquiſ cognoſcẽs uxorẽ peccat mortal'r ſi cognoſcat eaꝫ: nõ qꝛ uxorẽ ſꝫ qꝛ feminã. ille aũt cognoſcit ut uxorẽ qñ nullo mõ uellet alĳ ſe ꝯiũgere ille ut feminã qui ꝯiũgit ſe ei nõ hn̄s cui ſe ꝯiugat alterã. Sic ⁊ multi in religiõe viuũt: qꝛ nõ pn̄t uel qꝛ uerecũdant̃ aliter viuẽ ſi poſſent ſine uerecũdia libẽter colla ab onere religionis excluderẽt. tales utplurimũ manifeſte falſi uolũtate reuerẽtiã ad religionẽ nõ hn̄t. vñ tales p̄uant̃ religionis ſtatu ex ꝯtẽptu: qꝛ religionẽ ꝯtẽnẽtes nihil curãt de religiõe obſuare: niſi q̄ten⁹ poſſent in religiõe tollerari. Si g̊ ſic frãgat̃ ſilentiũ ꝙ frãgens in nullo frenũ religiõis hn̄s libẽter in alĳſ coĩcaret ſicut ꝯiugat⁹ in nullo frenũ ꝯiugĳ hn̄s libẽter alĳs mulierib⁹ cõmiſceret̃ põt eẽ pctm̃ mortale. Sꝫ ſiq̇s in ſocietate uel al'r ſine religiõis ꝯtẽptu frãgat ſilentiũ uel ſit p̄uaricator eoꝝ que ſm̃ ſe nõ ſunt mala ſꝫ ſunt in religiõe negata ſolũ pp̄ obligationẽ ad penã nõ ad culpã nõ dicim⁹ ꝙ mortal'r peccet. ſi aũt ꝯſtõnes ſe habeãt 2⁰ mõ qõ expſſe dicã ꝙ uolunt ꝙ obligent ⁊ ad culpã ⁊ ad penã. certũ eſt ꝙ ſic faciens ꝯ̃ ꝯſtõnem directe facit ꝯ̃ mãdatũ p̄lati: ꝓpt̃ qõ culpã icurrit. nã nulli dubiũ eẽ debet ꝙ prelat⁹ ẽt de indifferẽtib⁹ põt expſſe precipe ꝯ̃ qõ ſubditi faciẽtes mortal'r peccãt. Tertio quideꝫ mõ pn̄t ſe ꝯſtõneſ hẽre ꝙ ſubtaceãt ꝙ nec exprimãt hoc nec illud, ⁊ tũc dicem⁹ ꝙ laudabilis ꝯditio ẽt nõ appoſita itelligit̃. pp̄ qõ ſubditi ſatis pn̄t ſibi formari ꝯſciaꝫ ꝙ ꝓhibita in ꝯſtitutiõib⁹ dũ tñ nõ ſint ſꝫ ſe mala obligãt ad penã nõ ad culpã niſi ut dixim⁹ hoc faciat ex ꝯtẽptu. ¶ Qõ v̇o obiciebat̃ ꝙ frangẽs ſilentiũ ſignũ eſt ꝙ ſit maloꝝ moꝝ. dici debet ꝙ uerũ eſt ſi faciat ex ꝯtẽptu. Sꝫ ſi reuerẽtia religionis ſeruata agat poterit eẽ ſine malitia moꝝ. Qõ. XXII.

s **Ecũdo querebatur** circa peccatũ opis de uſura. Utrũ lucrũ acquiſitũ de uſuraria pecunia ſit reddẽdũ. ⁊ arguebat̃ ꝙ ſic. qꝛ ut dicebat ſi radix eſt infecta ⁊ rami qui oriunt̃ ex radice ifecti erũt. Sed in hi⁹ lucro radix eſt ĩfecta que eſt pecunia uſuraria: g̊ lucrũ qõ orit̃ ex ea ĩfectũ erit. ¶ In ꝯ̃riũ eſt qꝛ in hi⁹ lucro p̄ncipalior eſt induſtria hoĩs: ꝙ̃ ſit uſuraria pecunia: qꝛ hi⁹ pecunia ſe hẽt ut mã: iduſtria hoĩs lucrãtis ſe hẽt ut agẽs: qꝛ g̊ a p̄ncipaliori debet iudicari totũ ex iduſtria lucrãtis iudicabit̃ hi⁹ lucrũ: ⁊ qꝛ qõ aliq̇s per iduſtriaꝫ lucratur. ſ. nõ tenet̃ reſtituẽ: g̊ ⁊c̄. ¶ R̸⁹ dicẽdum: aliquos fuiſſe hi⁹ opionis ꝙ lucrãtes per pecuniã uſurariaꝫ debent hi⁹ pecuniã ⁊ lucrũ reſtituẽ. Sꝫ hec poſitio nõ eſt rõnabilis. dicem⁹ eni ꝙ res quã q̇s lucrat⁹ eſt mõ uſurario: uel eſt aliq̇d ex cui⁹ uſu põt accipi pẽſio uel locatio ut coĩter ponit̃. Sicut eſt ager: vinea: dom⁹ ⁊ hi⁹. ⁊ tũc ad reſtõneꝫ rei ⁊ fructus tenet̃ uſurari⁹: utputa nõ hn̄te debitore vñ redderet uſuras creditor uſurari⁹ extorſit ab eo domũ uel agrũ uel aliquid hi⁹. Naꝫ ſecus eſſet ſi ſoluꝫ accepiſſet nomine uſure nõ domũ: uel agrum: ſed pecuniã de qua emiſſet. ſ. domum: uel agrum: qꝛ tunc non eſſet ad iudicium de hi⁹ agro: uel domo empta per induſtriã uſurarĳ de pecunia uſuraria ꝙ̃ de pecunia ipſa. Si v̇o hi⁹ lucrum per hi⁹ uſum mõ uſurario non ſit tale aliq̇d vñ poſſit accipi penſio cuiuſmodi ſũt pecunia vinũ oleũ frumẽtũ ⁊c̄. quoꝝ ẽ uſus eoꝝ alienatio uel ꝯſumptio: tũc ſic lucrãs de pecunia uſuraria nõ tenet̃ ad reſtitutionẽ lucri. Utputa ſi lucrat⁹ eſt pecuniã per uſurã: ⁊ eã iueſtiẽs: uel mercat⁹ cũ ipſa ſortit̃ inde aliqõ ulteri⁹ lucrũ. uel ſi modo uſurario accipiẽs vinũ frumẽtũ in ptib⁹ ubi eſt vile ⁊ deferens ip̄m ad ptes ubi carius uendit̃. uel aliq̊ alio mõ licitũ lucrũ inde accipiẽs nõ tenebit̃ ad hi⁹ reſtitutionẽ ſimpl'r loquẽdo: niſi forte ut coĩter ponit̃ ad ali

quā recōpēſationē dāni: utputa ſi notabilr dānificat⁹ eſt de hoc debitoꝛ iuxta diſcretionē prudētū poterit ſibi ꝓpt dānū in aliq̄ ſatiſfacere ipſuʒ tñ hi⁹ lucrū ſm̄ ſe nō tenet reddere. ¶ Qd̄ triplici via uenari poſſumus. Pria via ſumit ꝓut hi⁹ lucrū cōparat ad ei⁹ oppoſitū videlʒ ad dānuʒ. Scd̄a ꝓut hi⁹ lucrū cōpat ad ipſaʒ pecuniā per quā habet tale lucrum. Tertia via ꝓut hi⁹ lucrū cōparat ad ipʒ debitorē. de quo eſt qd̄ utꝝ ſit ei reddēdū. ¶ Pria via ſic patet: qꝛ in talib⁹ lucrū ꝛ dānū debēt ad paria cōpari: ut qui debet eſſe ꝑticeps lucri uel hēre totū lucruʒ debet eē particeps dāni uel hēre totū dānū. Si ḡ lucrās cū pecunia uſuraria teneret reddē hi⁹ lucrū ſi ꝯſequeret ex tali mercatione dānū ſequeret ꝙ cui reddēdū eēt lucrū teneret ad dānū qd̄ hoc nullus diceret ꝙ agēs mercatoēʒ cū pecunia uſuraria. Si ex hoc dānificet ꝛ pdat mercādo pecuniā illā ꝙ p⁹ dānū iputet ei a quo accepte ſunt uſure. ꝛ ꝙ per hoc ſit abſolut⁹ a debito reddēdi uſurā iuxta ꝙ dānificat⁹ eſt in mercatiōe pfata. Si ḡ perdēs ex tali mercatiōe non ꝓpt hoc debet reſtituē īfra ſortē pari rōne. Nec lucrās tenebit reſtituē ultra ſortē uel ultra illud qd̄ accepit. rōne ḡ lucri nō tenet iſte dare ultra ſortem ſiue ultra id qd̄ accepit per uſurā. ſʒ rōne dāni qd̄ itulit ſiue ſit lucrat⁹ cū pecunia uſuraria ſiue nō iuxta iudiciū prudentis tenet in aliq̄ ſatiſfacere. uel ſaltē laudabile eēt uel inducēdus eēt ꝙ in aliquo ſatiſfaceret. ſicut viceuerſa ille qui accipit ad uſuras ꝙ diu tenēdo pecuniā uſurarij forte ex hoc uſurari⁹ dānificat⁹ eſt idncēdus eēt ꝙ iuxta iudicium prudētis in aliq̄ ſatiſfaceret uel nō totuʒ acciperet ab uſurario. vñ ꝛ boni ꝯfeſſores inducūt eos q̄b⁹ reddit uſura ꝙ ex liberalitate curialitatē faciāt uſuras reddētib⁹: eſt tñ hec adoptatio magis de ꝯgruo ꝙ̄ de merito: qꝛ nō ſic tenet ad īfortunia bñ agens ſicut male agēs. ꝛ qꝛ ille qui recipit ad uſuraſ. Si necītaſ eū inducat nō peccat. ſʒ dās peccat. ꝛ iō ſi pp hi⁹ recipe ꝛ pp tenere talē pecuniā dānificat uſurari⁹ nō ſic tenet ad reſtitutionē dāni ſicut uſurari⁹. ¶ Scd̄a via ad hoc idē ſumit ꝓut hi⁹ lucrū cōparat ad ipſaʒ pecuniā per quā fit. Nā ſi deberet lucrās ex pecunia uſuraria reddere lucrū ex tali pecunia. tūc uſura eēt licita. Nā uſura dī ab uſu eris: ſiue de uſu oiuʒ ſic̄ de uſu pecūie nō debet accipi emolumētū: ꝛ ſi accipiat dicet eē uſura. cū ḡ uſurari⁹ per uſum pecunie uſurarie habuerit hi⁹ lucrū. Si poſſet dans uſurā repetere huiuſmodi lucrum: uel ſi deberet de iure ei lucrū hēret de uſu eris emolumētū ꝓpt qd̄ cōmitteret uſurā: eēt ḡ licita uſura poſtꝙ̄ licitū eēt ei tale lucrū accipe lucrās: ḡ pecuniā uſurariā pōt retinere tale lucrū: qꝛ hi⁹ lucrum nō aſcribit uſui eris: qꝛ tūc eēt uſura ſʒ iduſtrie lucrātis. ꝓut lucrās iplicat hi⁹ pecuniā in aliquib⁹ mercatiōibus de q̄b⁹ ſortit inde lucrū ꝛ emolumētū. Sʒ ſi tale lucrū debet reſtitui ei a quo ecōuerſo eſt accepta pecunia per uſurā hoc nō poſſet aſcribi iduſtrie eius: qꝛ nullam induſtriā ibi adhibuit cū ipſe talē mercationē nō fecerit. Nō ḡ debem⁹ ſibi tale lucrū rōne ſue induſtrie. Sʒ ſolū rōne uſus ſui eris: ut rōne uſus pecunie ab eo accepte. cōmitteret igit ibi uſura. Ex hoc autē apparet meli⁹ qd̄ ſupꝛa dicebat. videlicet ꝙ ſi per uſura ſit extorta dom⁹ uel ager fructus ꝛ emolumētū deberet ei a quo talia extoꝛta ſūt. tenet eni tūc uſurari⁹ reddere agrū ꝛ reddē fructū quē hēt ex agro. Sic ḡ teneret reddere domuʒ ꝛ reddē pecuniā quā habuit de uſu domus. tale eni emolumētū accipe nō erit uſura: qꝛ nō erit de uſu eris de quo nō debet accipi emolumētū. ſed erit de uſu dom⁹ uel de uſu agri de quib⁹ pōt emolumētū accipi. ¶ Tertia via ad hoc idē ſumit ꝓut hi⁹ lucrū cōparat ad eū qui accepit ad uſurā de quo querit utrū ſit ei tale lucrū reddēdū. Nā ſi lucrās cū pecunia uſuraria deberet reddē hi⁹ lucrū. ḡ ꝛ lucrās cū pecunia quā accepit ad uſurā deberet reddere lucrū tale. Et qꝛ hoc nullus ponit de iure poſſumus ꝛ illud nō ponere. q̄tū eni ſpectat ad ꝓpoſitum ſatis eſt ſilīe ꝙ ſicut accipiēs pecuniā ad uſurā non tenet reddē qd̄ lucrat cū ea. ſic accipiēſ pecuniā per uſurā nō tenet reddē qd̄ lucrat cū ipſa. Sʒ ut dicebat in hoc eſt dr̄ia ꝙ accipiēs pecuniā ad uſurā dat uel dare pōt hoc faciēs opaʒ rei licite. iō nō ſic tenet ad infortunia ꝛ ad dāna ēt ad itereſſe uſurarij. dato ꝙ uſurari⁹ ex nō hēre pecuniā dānificat⁹ ſit. Sʒ accipiēſ pecuniā per uſurā ſm̄ ꝙ hi⁹ ſemp dat operaʒ rei illicite: iō magis ad īfortunia ꝛ ad dāna ꝛ ad itereſſe tenet ei a quo accepit. ad lucrū tñ per ſe loquēdo nō tenet nec hic nec ille. ¶ Qd̄ vō obiciebat ꝙ ſi radix infecta ꝛ rami: dici debet ut coīter dī ꝙ radix nō ſolū hēt rōnē paſſiui: ſʒ ēt actiui. ꝛ ſi ꝑncipiū actiuū ſit īfectū opꝫ in effectu eē defectū aliquē ex defectu cāe. Sʒ in lucro hito per pecuniā ſe hēt pecunia ſolū ut pricipiū paſſiuū nec eſt culpa ei⁹ nec aliqd̄ malū ſʒ ſolum utētis. ex quo igit utit ea ad bonū lucrum lʒ male faciat: qꝛ diu tardat ꝙ non reddit qd̄ debet: ēt ſi ex hoc ille cui debet talis pecunia ſortiat dānū: tenebit uſurari⁹ ad aliqd̄ itereſſe ſm̄ arbitriū prudētis viri. attñ hi⁹ lucrum ſm̄ ſe nō tenebit reddere.

Queſtio. XXIII.

## Tertio querebatur

de peccato oris ꝓut cōparat ad peccatū opis. ꝛ erat qd̄ Utrū piuriū ſit maius pctm̄ ꝙ̄ homicidiū. ꝛ arguebatur ꝙ non: qꝛ qd̄ plus punit eſt graui⁹ pctm̄. iuxͣ illud deuterono. 25. pro menſura pcti erit ꝛ plagaꝝ modus. ſed homicidiū plus punit ꝛ maioꝛ pena plectit. ḡ ꝛc̄. ¶ In ꝯriū eſt qꝛ qd̄ eſt ꝯ ꝑmā tabulā eſt mai⁹ pctm̄. piuriū eſt hi⁹. ḡ ꝛc̄. ¶ R̄o dicēdū: ꝙ tria ſunt declarāda. Prio vñ ſumit potioꝛ rō meriti uel demeriti ſiue peccati. Scd̄o ex hoc declarabim⁹ ꝙ piuriū per ſe eſt mai⁹ pctm̄. Tertio oſtēdem⁹ ꝙ per accñs pōt eē ecōuerſo. ¶ Propt ꝑm̄ ſciēdū ꝙ act⁹ mōales ſumūt ſpēʒ ex fine: ſicut mot⁹ nāles ex foꝛa. Jō dī in 3° phiſicoꝝ. ꝙ mot⁹ eſt in eodē gñe cū reb⁹ ad q̄s eſt mot⁹. ut motus ad calore eſt in eodē gñe cū calore: ꝛ ēt in eadeʒ ſpecie. Nā hi⁹ motus nō eſt niſi quedā calefactio que eſt q̄dā caloꝛ icōplet⁹: ꝛ que eſt in eodeʒ gñe: ꝛ in eadē ſpe cū ipſo calore. Si ḡ mot⁹ nāles ſumūt ſpēʒ ex foꝛa ſi poſſum⁹ oſtēdē ꝙ ſic ſe habeāt act⁹ morales ad finē: ſic mot⁹ nāles ad formā nihil ꝯuenieti⁹ ꝙ̄ ꝙ hi⁹ act⁹ ſumāt ſpēm ex fine. Dicem⁹ ḡ ꝙ act⁹ morales ſūt a fine in finē. ꝛ icipiūt a fine ꝛ terminant ad finē. Sic mot⁹ nāles ſumūt ſpēm ex foꝛma: ꝛ icipiūt a foꝛma: ꝛ terminant ad formā. Agētia eni nālia in agendo aſſimilāt ſibi paſſuʒ in foꝛma: ꝛ maxime ſi ſint agētia vniuoca in q̄b⁹ expſſe patet qd̄ poſuim⁹ ut calefaciēs aſſimilat ſibi calefactū in calore. Calefactio igitur ſumit ſpēʒ ex calore. uel eſt in eadē ſpe cū calore: qꝛ eſt a calore in calorē. Eſt eni a calore calefaciētis: ꝛ termiat ad calorē calefacti. Et ſicut mot⁹ nāles ſūt a foꝛma in formā ut calefactio a calore in calorem. ſic actus morales ſunt a fine in finē ut a fine in apꝑhēſione: in finem in ꝯſecutionē. Finis eni appꝛehēſus ſe hēt ut pricipiuʒ actionis. finis ꝯſecutus ut termin⁹ actiōis. Sic foꝛma agētis ſe hēat ut ꝑncipiū mot⁹. Foꝛma paſſi ut ꝑmin⁹ mot⁹. iō dic̄ cōmētatoꝛ in 12° meta.ͨͤ ꝙ balneū hēt duplicē foꝛmā in aīa ꝛ in mā. ꝛ ut ē in aīa eſt ꝑm̄

mot⁹ vl' eſt agēs mouēs uel eſt mouēs ut agēs. Sʒ ut eſt in mā eſt finis mot⁹ uel eſt manēs ut finis. talis eni duplex forā pōt uocari duplex finis. Quia forma balnei in mā pōt uocari finis in appzehēſiōe. Forma balnei in mā pōt uocari finis in ꝯſecutiōe. Appzehēdēs eni balneū in aīa vult cōſequi balneū in mā. ¶ Jſte ḡ actus moralis qui eſt uelle hēre balneū eſt a fine in finē: qꝛ eſt a balneo in balneū: qꝛ eſt a balneo in aīa qđ eſt finis quē appzehēdim⁹ ad balneū in mā: qui eſt finis quē ꝯſequi uolum⁹. Si ḡ balneū hēret eē abſtractū ⁊ ſepatū ſicut dixim⁹: eēt in aīa per ſeipſuʒ ⁊ eſſet idē mouēs ut agēs: ⁊ mouēs ut finis. Siue ḡ forma in aīa ⁊ forma que eſt in re prout eſt ipa res ſit vnū ⁊ idē realr differēs ſm rōnēʒ ſicut eſſe forma balnei. ſi eēt abſtracta uel ſit differēs re ſicut eſt forma balnei ſm id qđ eſt. qꝛ aliud hēt eſſe in aīa aliud in mā: ſemp act⁹ moralis eſt a bono apphēſo: in bonū qđ uolum⁹ ꝯſequi: iō eſt a fine in finē. ſicut motus a forma in formā, ꝑpt qđ ſumit ſpēm a fine ſic mot⁹ a forā. Jlle eni qui pōit deū finē ſuoꝝ opeꝝ opʒ ꝙ apphēdat deū. ⁊ ex h⁹ moueat ad faciēdū opa p que poſſet ꝯſeq deū. ¶ Dito ꝙ act⁹ morales ſumūt ſpēm ex fine uolum⁹ deſcendē ad qōnēʒ ꝓpoſitaʒ ut videam⁹ qđ pdictoꝝ ſit mai⁹ peccatū. Nā ſi act⁹ morales ſumūt ſpēm ex fine tota bonitas taliū actuū eſt ex eo ꝙ debito mō tendūt in talē finē: ſiue in deū quē debem⁹ ꝓponē finem oīuʒ nr̄oꝝ opeꝝ. ſic ēt tota malitia oīuʒ taliū operū eſt ex eo ꝙ aduertunt ab h⁹ fine: iō ſci cōiter diffiniūt peccatū ⁊ culpā ꝙ eſt aduerſio ab incōmutabili bono. ⁊ conuerſio ad cōmutabile: ita ꝙ aduerſio eſt ibi rō pncipalis formalis. cōuerſio vō malis ⁊ ſecundaria. Sicut ḡ īter opa nr̄a illō eſt mai⁹ bonū qđ magis nos facit tēdere in finē ⁊ in deū: ⁊ qđ magis nos vnit deo. ita illud eſt mai⁹ malū qđ magis nos aduertit a deo. Dicem⁹ ḡ ꝙ in h⁹ aduerſione ſunt qͣtuoꝛ gradus. Nā auerti a deo: uel hoc eſt qꝛ offendim⁹ ipſum deū in ſe. Uel qꝛ offendim⁹ eū in eo in quo reſeruatur imago eī⁹ ut in ꝓximo. Uel qꝛ offendim⁹ eū in pſona ꝯiūcta ꝓximo. Uel in re poſſeſſa a ꝓximo. Cōſtat aūt ꝙ plus eſt auerti a deo: ⁊ plus eſt offendere deū in ſe ꝙ offendere eū in re ubi reſeruat imago eius. Uel qꝛ offendim⁹ eū in pſona que eſt ꝯiuncta ei ubi reſeruat eī⁹ imago. Uel qꝛ offendim⁹ eū in re poſſeſſa ab eo in quo reſeruat talis imago. Peccata eni pꝛime tabule ſunt offenſiones dei in ſe: uel qꝛ agim⁹ ꝯ eī⁹ potētiam nō ſuiendo ſibi: ſʒ idolis qđ eſt mādatū pꝛimū pꝛime tabule. uel qꝛ agimus ꝯ eī⁹ ſapiāʒ nō debito mō iurādo. uel agim⁹ ꝯ eī⁹ bonitatē ſabbata nō ſanctificando que ſunt tria mādata pꝛime tabule. Mādata vō ſcđe tabule ꝓhibēt offenſiōes dei nō directe in ſe ſʒ in ꝓximo ubi reſeruat imago eius. Nam ēt in hoc offendit de⁹ qn̄ offendit ꝓxim⁹ in quo reſeruat imago dei qui tripl'r pōt offendi. Uel in ſe ut ſi occideret ipē ꝓxim⁹. uel daret falſuʒ teſtimoniū ꝯ ipm. uel in pſona ꝯiūcta utputa ſiquis mecharet cū uxore pꝛoximi. uel pſona quacūꝙ ſibi ꝯiūcta. uel ſi ꝯcupiſcit h⁹ perſonaʒ. Uel tertio pōt offendi ꝓxim⁹ in re poſſeſſa: ut qꝛ concupiſcit h⁹ res uel furtiue accipit que ſunt. 6. pꝛecepta negatiua ſcđe tabule que. 6. pꝛecepta negatiua cū bono re parētū. qđ eſt pꝛeceptuʒ affirmatiuū faciūt pcepta 7. ꝯ que faciēdo nō ſic offendim⁹ deū: qꝛ offendim⁹ ipm in ſua imagine ſicut offendim⁹ ipʒ faciēdo ꝯ pꝛecepta pme tabule. Peccatum itaqꝫ homicidij ubi eſt offenſio dei in ſua imagine per ſe loquendo nō eſt tm̄ pctm̄ ſicut pctm̄ periurij. ubi eſt offenſio dei in ſeipſo. ¶ Uiſo quō ex auerſiōe a deo: ⁊ a fine ſumit rō peccati ⁊ culpe: ita ꝙ ſibi maioꝛ rō culpe ubi potioꝛ ratio auerſionis. Et oſtenſo ex hoc ꝙ periuriū per ſe plus hēt de rōne culpe ꝙ homicidiū. Uolumus declarare tertiū ſʒ qđ pōt eē ecōuerſo per accn̄s. Nā periuriū ꝑmittit per motuʒ lingue que ualde eſt labilis que ut plurimū indeliberate mouet, ꝑpt qđ multotiēs ꝑiuriū indeliberate cōmittit. Multotiēs eni ſic indeliberate cū iuramēto loqͥmur ꝙ ēt de iuramēto nō aduertimus ꝙ cū ꝯtingit pōt ꝑiuriū eē ueniale pctm̄. Propter qđ lʒ per ſe ꝑiuriū ſit pctm̄ mai⁹ per accn̄s. tū qꝛ utplimū ſine deliberatiōe iuram⁹ pōt eē pctm̄ min⁹. ¶ Qđ vō obiciebat ꝙ illud qđ magis punit eſt maius pctm̄: dici debet ꝙ uerū eſt de eo qđ magis punit iudicio dei: ⁊ in vita futura ubi oīa lance ꝯgrua puniētur ⁊ ꝑmiabunt. Sʒ nō opʒ ꝙ ſit ueꝝ de iudicio hominū. uel de iudicio qđ fit in mūdo ubi multa diſſimilant. uel per aliqͣs cās min⁹ grauia magis puniunt. ut multotiēs iudicio hoīuʒ plus punit furtū ꝙ melcha. Cū tn̄ magis ſit offendē ꝓximū in pſona ꝯiūcta qđ fit p melchiā ꝙ i re poſſeſſa qđ fit p furtū. Q. ō. XXIIII

# Oſtea querebatur

loco deſinit eſſe vel operari in alio. Non tamen loco circūſcribitur. Hiꝰ autem corporalia determinantur ad locum: ⁊ diffiniuntur ⁊ circūſcribuntur loco. Nō enim determinatur deus ad locum: qꝛ ſua magnitudo eſt infinita ⁊ eſt ſua ſb̄a nec diffinitur loco. qꝛ loco diffiniri includit determinari ad locum. Naʒ res ex hoc dicitur diffiniri loco: qꝛ ita eſt in vno loco: qͦd non in alio: qͦd ſine determinatione loci eſſe non poteſt: nec etiam circūſcribitur loco: cum rō magnitudinis equiuoce dicatur de magnitudine diuina: ⁊ de magnitudine creature in qua deus eſſe dicitur. Immo ſi volumꝰ vniuerſaliter loqui: nihil reperitur in creatore ⁊ creatura. Intelligentia vͦo ad locum determinatur: qꝛ ſua virtus eſt quid finitum: ⁊ non eſt ſua ſb̄a. Et etiam loco diffinitur: qꝛ per quantitatem propriam comparatur ad locum. que cum ſit vna ⁊ finita ei locus vnꝰ atqꝫ finitus debetur. Propter qͦd cum diffiniri loco ſit ſolum in vno loco eſſe: cogimur ad ponendum intelligentiam loco diffiniri. Et cum in vno loco eſſe incipiat: in alio eſſe deſinat. Non tamē loco circūſcribit: qꝛ ratio quanti non reperitur vniuoce in quantitate virtutis: ſm quā angelus ponitur eē in loco: ⁊ in quātitate corporum circa que angelus operando in loco eſſe dicitur. Corpus autem chriſti ut eſt ſub ſacramēto aliquomodo determinatur ad locum: qꝛ dimenſiones panis per quas in altari ponitur: ſunt quid finitū ⁊ non ſunt ſua ſb̄a. non tamen diffinitur loco qꝛ nō eſt in altari ſm dimēſiōes ꝓpꝛias: ſed ſm dimēſiōes panis. ꝓpter qͦd ſꝫ alias ⁊ alias dimēſiōes panis ſil' in diuerſis altaribus eſſe poterit. Non ergo ſic acceptuʒ loco diffinitur: cū icipiat eſſe in vno altari: abſqꝫ eo ꝙ in alio eſſe deſinat. nec etiam ibi eſt circūſcriptiue: cum quantitas propria ſit ibi mediante ſb̄a. ⁊ finitas ⁊ magnitudo equiuoce reperiatur in ſb̄a ⁊ quātitate dimenſiua. Immo cum nihil circunſcribatur loco niſi comparetur ad locum ſm quantitatem propriaʒ: ⁊ vniuoce reperiatur ratio quanti in quantitate locati: ſm quā cōparatur ad locuʒ ⁊ in quantitate locantis: dicere poſſumus ꝙ circūſcribi loco includit diffiniri loco: ſicut diffiniri loco includebat determinationem ad locuʒ. Eſt enim in plus ⁊ vniuerſalius determinari ad locum: ꝙ̄ diffiniri loco. ⁊ diffiniri loco eſt coīus: ꝙ̄ circūſcribi loco. Et qꝛ ab inferiori ad ſuperius arguimꝰ affirmando. A ſuperiori ad inferius negando: dicere poſſumus ꝙ quicquid loco circūſcribitur: diffinitur ⁊ determinatur loco. ⁊ qͦd loco diffinitur loco determinatur. Negando autem debemꝰ arguere econuerſo: qꝛ qͦd non determinatur ad locum: nec diffinit: nec circūſcribitur loco. Et qͦd loco non diffinitur: ſic acceptum loco circūſcribi nō poteſt. Cuʒ ergo corpꝰ chriſti ut eſt ſub ſacramēto non diffiniatur loco: loco etiaʒ circūſcribi non poterit. Oꝫ vͦo corpora que ad locum comparātur ſm quātitatem propriam: determinētur ad locuʒ ⁊ circūſcribātur ⁊ diffiniātur loco: qͦd quāto proponebatur declarādum ſatis apparet ſi cōſiderētur prehabita. Nam hiꝰ corporalia ſic accepta determinātur ad locum: qꝛ quātitas ſm quaʒ in loco ponūtur: eſt quid finitum ⁊ nō eſt ipſa ſb̄a rerum corporalium que diffiniūtur loco: qꝛ cum ſm propriam quātitatem ad locum comparētur. ⁊ cum vnius corporis vna ſit quātitas ſm quā in loco eſſe dicitur: debet vnum corpus ſolum in vno loco eſſe. qͦd eſt loco diffiniri. circūſcribūtur quidem loco. qꝛ hiꝰ corporalia velut in loco in corporalibus collocātur. Cum igitur reperiatur vniuoce quātitas. in corpore locāte ⁊ in locato. qꝛ utrobiqꝫ eſt quantitas dimēſiua. oportet corporalia ꝯtēta a corporibus ꝯtinentibus circūſcribi. verum qꝛ circūſcriptio icludit diffinitionem ⁊ determinationem ad locum. lꝫ per ſe oſtēſum ſit corporalia diffiniri loco ⁊ ad locum determinari: poſſet tamen ex iſto ſolo ultimo utrūqꝫ illorum oſtēdi: cū probatuʒ ſit omne qͦd loco circūſcribitur determinari ad locum ⁊ loco diffiniri.

## Theorema. VI.

Corpori chriſti exiſtēti ſub hoſtia cōpetit poſitio ſiue ſitus que eſt differentia quantitatis. Non autē que eſt predicamentum.

## Aperitio.

¶ Quia ex precedentibus eſt habitum corpus chriſti ut eſt ſacramentaliter in altari loco circūſcribi nō poſſe. crederet aliquis ꝙ poſitio: ⁊ ſitus partiuʒ ei ſic exiſtenti non poſſet competere. Ut ergo appareat qualiter ei poſitio competat: eſt aduertendum ꝙ poſitio vnomodo ſumpta eſt differentia quātitatis. Unde in predicamētis ſcribitur ꝙ quātitatum hec quideʒ habēt poſitionem ad ſe iuicem: ille vͦo minime. Aliomodo eſt predicamētum. Nam poſitio ſiue ſitus iter decem ꝑ̄dicamēta cōputat. Sic aūt ⁊ ſic accepta poſitio a cōmētatore 5ͦ metaphiſice iſto modo diſtinguitur. Nam poſitio ſiue ſitus quēdam ordinem partiuʒ importat: ut poteſt haberi a philoſopho in eodeʒ 5ͦ. Ordo autem partium eſt duplex: videlicet ordo partium in toto: ⁊ in loco. Et ꝓut ordinātur partes in toto cōſurgit ide poſitio que eſt differētia quātitatis: ꝓut vͦo ordinātur in loco: accipitur ide poſitio que eſt ꝑ̄dicamētū. Si ergo oſtēdere poterimꝰ ꝙ partes corporis chriſti exiſtētis ſub hoſtia nō habēt ordinē ad locum: ſed ad totum: oſtēſuʒ erit ꝙ corpꝰ chriſti ſacramētaliter ꝯſiderato: competit ſitus qui eſt differētia quātitatis: nō ꝗ eſt ꝑ̄dicamētū. ¶ Jō notādū ꝙ uterqꝫ talis ordo ꝓuenit ex quātitate: aliter ⁊ aliter ſumpta. Nam ſicut qualitates duplicem comparationem habēt: vnam ad ſubiectum: ſm quaʒ competit eis dare eſſe. aliā ad obiectuʒ ſiue ad exteriora: ſm quā ſūt ꝑ̄ncipia actionum ⁊ ratio vel cauſa agēdi: utputa calor per compationem ad ſubiectum: dat eſſe calidūʒ. Prout vͦo compatur ad calefactibile: eſt calefaciēdi ꝑ̄ncipiū. Sic ⁊ ꝙ̄titas ꝓut compatur ad ſubiectum: cōpetit ei dare eſſe. habet enim ſubiectum quātitatis per quātitatem eſſe quātum. Prout vͦo ad exteriora compatur: eſt ratio quare aliquid ſit in loco. Sicut ergo ſi calidum nō competur ad calefactibile per calorem: ⁊ nō eſſet calor medium iter calefactibile ⁊ calefaciēs: ſicut virtus eſt media iter agēs ⁊ actum: ſic calor daret ſuo ſubiecto eſſe calidūʒ qͦd nō eſſet calefaciēdi ꝑ̄ncipium: cum nō ſit itelligibile agēs agere: nō exiſtēte virtute media iter ipm̄ ⁊ materiaʒ. Sic corpus quātitatem habēs ſi nō comparetur ꝓ̄ quātitatem niſi ad illud in quo exiſtit: ꝯſequēs eſſet ꝙ quātitas ſuo ſubiecto daret eſſe quātum: qͦd tamē per eam ibi localiter nō eſſet. Cum ergo habitum ſit quātitatem corpis chriſti nō eſſe in ſacramēto ex vi ſacramēti: cum nihil ꝯuertatur in ipam: ſed ſolum ex naturali ꝯcomitātia. Ut qꝛ corpus chriſti ſine quātitate ꝓpa eē nō poſſet: ex quo ſb̄a panis eſt ꝯuerſa in ſb̄am corpis ⁊ ponitur ſb̄a corpis in altari per hiꝰ ꝯuerſionem exiſtere: oportet quātitatem ꝓpam que ſuum ſubiectum nō deſinit ibi eſſe: ꝓ̄ qͦd appet verum eſſe qͦd cōmuniter dicitur: chriſtum ſub hoſtia eſſe quātum nō quātitatiue. Eſt enim quātum cum ꝓpa quātitas det ei eē quātum: nō tn̄ eſt ibi quātitatiue: qꝛ ex hoc ꝙ̄titatiue aliquid exiſtit alicubi prout mediate quātitate ibi eē

ɔſpicitur. Et qꝛ ſb̃a corporis chriſti nō eſt ſub hoſtia mediāte quātitate: ſed quātitas mediāte ſb̃a: ibi quātitatiue eſſe nō poterit. Sic enim imaginari debere mus: ꝙ ex hoc corpora ſunt in loco: ⁊ habēt eſſe quātitatiuum. ꝓut per quātitatem comparātur ad locū. ſicut calidum calefacit ꝓut per calorem ad calefactibile comparatur. Cum ergo ſumatur poſitio que eſt differētia quātitatis: ꝓut corpus habet eſſe quātū ⁊ ptes ordinantur ad totum: poſitio vō que eſt predicamētum ſumatur ꝓut aliquid eſt alicubi quātitatiue: ⁊ ptes eius comparātur ad locum. Manifeſtum eſt qō declarare uolebamꝰ: videlicet corpꝰ chriſti ut eſt ſub hoſtia: habere poſitionem que eſt differētia quātitatis. cum quātitas ſua det ei eſſe quātum: cum nō deſerat ordinem quem habet ad ſubiectum. nō tamē habere poſitionem: que eſt p̄dicamētū: cum dictum corpus nō exiſtat ſub hoſtia quātitatiue. eo ꝙ ſua quātitas deſerit ordinem quem habet ad exteriora. cū ſb̃a nō ſit ibi mediāte quātitate: ſ; quātitas mediāte ſubſtantia.

## Propoſitio. VII.

### Non eſt inconueniens ſimul cū dimēſionibus panis: eſſe dimenſiones corporis chriſti.

Declaratio.

¶ Oportet ſi ɔſiderātur premiſſa nos fateri ſimul cū dimēſionibus panis eſſe dimēſiones corporis chriſti. Habitū eni eſt ꝙ in hoc ſacramēto ſit ɔuerſio ſb̃arū: qō tamē in accidētia nō ɔuertunt. Unde dimēſiones panis remanēt poſtꝗ̄ ſb̃a panis ɔuerſa eſt in ſb̃a; corporis. Cum igitur ante ɔuerſionē eſſet ſb̃a panis: ubi erāt dimēſiones panis: eo ꝙ forma ⁊ materia nō obtinēt diuerſum locum: pp̄ qō philoſophus in p̄mo de anima ducit ad incōueniēs dicētes animā eſſe corpꝰ: quare ex hoc ſequebat duo corpora in eode; loco exiſtere. Neceſſe eſt ergo ſb̃am panis ante ɔuerſionē eē: ubi ſue dimēſiones exiſtūt. cu; ſubſtātia reſpectu quātitatis habeat rōnem materie ⁊ ſubiecti. Et qꝛ ubi fuit p̄us ſubſtātia panis: facta ɔuerſione facta eſt ſubſtātia corporis. ſicut ſimul cū dimēſionibus panis ante ɔuerſionem erat panis ſb̃a: ſic facta ɔuerſione ſimul cū eiſdē dimēſionibꝰ erit ſubſtātia corporis. ¶ Rurſum: qꝛ dimēſiones corporis chriſti ꝓprium ſubiectū nō deſerūt: ⁊ oportet dimēſiones corporis chriſti eē ubi eſt ip̄m corpus: ex quo ſimul cū dimēſionibꝰ panis eſt ſubſtātia corporis chriſti: oportet ſimul cū dimēſionibꝰ panis eſſe dimēſiones corporis. Cogimur ergo ad hoc ſic ponēdū: difficultates tamē hāc poſitionē catholicam ipugnantes: vitare nō eſt facile. Uidetur enim contradictionem iplicare: ꝙ dimēſiones ſimul cum dimēſionibus eē poſſint. Arguit eni philoſophus in 4° phiſicoꝝ contra ponētes uacuū ⁊ dicētes locū eſſe dimēſiones ſeparatas: ꝙ ſi in hiꝰ dimenſionibꝰ reciperetur aliqō corpus: ſequeretur duo corpora in eodē loco poſſe exiſtere. Nā tota cauſa quare vnū corpus cū alio corpore ſimul eſſe non poteſt: ſumitur ex eo ꝙ dimēſiones dimēſionibus reſiſtunt. per ſe eſt eni ut idē phs inuit ꝙ dimēſiones ſecū alias dimēſiones cōpatiantur. Et qꝛ non eſt intelligibile: ꝙ remaneat aliquid p̄uatū: eo ꝙ ſibi per ſe cōpetit: niſi ibi iplicetur cōtradictio: videtur ueritatē ſuperficialiter ɔſiderantibus: ipſi deo nō eſſe poſſibile: ꝙ dimenſiones dimēſionibus exiſtant. ¶ Propter qō aduertendū: ꝙ ſi ſic eſſet: per ſe dimēſiones dimēſionibꝰ nō cōpati: ſicut eē per ſe hoiem eſt aial: fruſtra laboraremus ad ſoluendū rationē pretactā: qꝛ ſine iplicatiōe ɔ̄dictionis hoc eſſe non poſſet. Ideo notādū ꝙ dimēſiones dimēſionibu; reſiſtere: non eſt ita per ſe: ſic per ſe de ſp̄e p̄dicatur genus: uel ſicut per ſe ſup̄iora in iferioribus reſeruantur: ſed eſt ita per ſe ſicut per ſe eſt actiui agere. Utputa ꝓut eſt per ſe calidi calefacere. Dictū eſt eni ꝙ ſicut calor duplicē habet opationem. vnā ad ſubiectū ſm quā dat ei eſſe calidū. ⁊ aliam ad obiectū: ſiue ad materiā ſm quā ratio eſt calefaciēdi. Ita ⁊ quātitas ꝓut cōparatur ad ſubiectū: dat eē quātum. per cōparationē ad exteriora: ſiue ꝓut cōparat ad dimēſiones alias: cōpetit ei reſiſtere: ⁊ eſt ratio q̄re corpus habēs hiꝰ quantitatē exiſtat in loco. Sicut ergo abſq; iplicatione ɔ̄dictionis pōt eſſe calidū abſq; eo ꝙ calefaciat: ⁊ calor pōt dare eſſe calidū abſq; eo ꝙ ſit calefaciēdi p̄ncipiū. Sic ⁊ dimēſiones poterunt dare eſſe quātū abſq; eo ꝙ dimenſionibus alijs reſiſtāt. Eſt aūt ex ſup̄ioribus manifeſtū ꝙ ſemp virtus eſt media iter agēs ⁊ actū. Unde qꝛ calidū cōparatur ad calefactibile mediāte calore: ſequit calidum calefacere. ꝙ ſi iſta mediatio tolleretur calidū calefacere non poſſet. ſic ēt omne qō eſt ratio alicuius: quēdam modū mediationis habet. Cum igitur quātitas ſit ratio quare quātū reſiſtit quāto: oportet quantum vnū: ad quātū aliud comparari mediāte quātitate: ⁊ quātitatē eſſe mediā iter corpus reſiſtens ⁊ illud cui fit reſiſtentia. Et qꝛ corpora ſemper ſunt in loco mediante quātitate ut ꝓbat auicēna in ſufficiētia ſua ſm iſtū modū ordinis quē videmꝰ: nō eſt itelligibile corpora alicubi eſſe localiter: niſi ibi talis mediatio inueniatur. Propter qō ſm iſtū modū ordinis quē videmus: reſeruata hiꝰ mediatione: ſaluare nō poſſumus duo corpora localiter exiſtentia ſimul eſſe. ſed ſi ſb̃a non eſſet alicubi mediante quātitate. Immo ecōuerſo: quātitas ibi eſſet mediāte ſb̃a: talis mediatio tolleretur. ⁊ per ɔſequēs hiꝰ reſiſtētia ibi nō eſſet. Cum ergo ſit ex precedētibus patefactū. dimenſiones corporis chriſti eſſe ſub hoſtia mediāte ſb̃a. ſicut non eſt ɔtra rōnē ſb̃e ſimul cū dimēſionibu; eſſe: ſic nō eſt cōtra rationē dimēſionū corporis chriſti exiſtētiū in altari mediāte ſb̃a: eſſe ſimul cū dimenſionibus panis. Tota ergo cā quare nō eſt iconueniēs eſſe dimēſiōe; corporis ſimul cū dimēſionibus panis eſt. qꝛ chr̄i corpus nō eſt in altari localiter: nec mediāte quātitate ꝓpria. ſed per ɔuerſionē ſubſtātie pani; in ipſum. Propter qō tollitur illa mediatio ſm quā oriebatur talis reſiſtētia. qua dimēſiones dimenſionibus reſiſtebāt. Utrū aūt ſm aliū modū ordinis. ⁊ pp̄ aliquā aliā cā; quā habet per ſb̃tractionem huiꝰ mediatiōis. ſaluare poſſumus dimēſiones ſil' cū dimēſionibus eſſe. Ita ꝙ duo corpora alicubi localiter exiſtētia. ꝓut localr̄ exiſtunt in eodē loco eſſe poſſint directe. non eſt preſentis ſpeculationis. l; ēt hec fides catholica ponat: qꝛ dicit chriſti corpꝰ: in reſeruatis clauſtris virginis de beate marie utero exiuiſſe. ⁊ ianui; clauſis ad diſcipulos intraſſe. ⁊ corpu; glorificatū cū nō gl̄ificato in eodē loco poſſe conſiſtere.

## Propoſitio. VIII.

### Non eſt inconueniens corpus chriſti ſic eē ſub ſpeciebus hoſtie. ꝙ ſimul cū dimenſionibus vnius partis. ſint dimenſiones alterius partis.

Declaratio.

¶ Superius aūt oſtenſum eſt ſm illum modū exiſtendi. quē habet chriſtus ſub ſpeciebus hoſtie non eſſe impoſſibile. ſimul cum dimenſionibus panis eſſe dimenſiones corporis chriſti. Nunc aūt reſtat oſtendere ꝙ ſm prefatum modū exiſtēdi ſimul cū dimenſionibus vnius partis: poſſunt eſſe dimenſiones alterius ptis.

¶ Ad cuius euidentiã aduertendũ: ꝙ ex eadẽ cau-
ſa procedit quare duo coꝛpora nõ poſſunt ſtare in eo
dem loco: ⁊ quare plura duobus uel etiam infinita. ⁊
quare ubi eſt vnũ paruũ coꝛp⁹ nõ poteſt eẽ maius uel
maximũ: uel ẽt infinitũ: ſi eẽt dare magnitudinẽ infini
tã. Nã tota cã quare duo coꝛpora in eodẽ loco eẽ nõ
poſſunt ſumitur ut ſuperius dicebat̃ ex eo ꝙ dimẽſio
nes dimẽſionibus reſiſtunt: qḋ ſi tolleretur hi⁹ reſiſtẽ
tia: nõ eẽt dare cãm quare duo coꝛpora uel etiam in-
finita in eodeꝫ loco eẽ non poſſent. ideo phs. 4° phi
ſicoꝝ ca° de uacuo ait. Qꝫ ſi duo coꝛpora poſſent eẽ
in eodeꝫ loco: ⁊ quelibet ⁊ ẽt infinita ut cõmentatoꝛ
ſupplet. Cum igitur duo coꝛpora in eodeꝫ loco eẽ nõ
poſſint: niſi reſiſtẽtia tollatur: ⁊ reſiſtẽtia dimẽſionuꝫ
amota: quelibet coꝛpora uel ẽt ĩfinita ſiml' eẽ ualent.
bona eſt ꝯſequẽtia ceteris ꝯditionibus paribus: qꝛ ſi
duo coꝛpora ſimul eẽ ualẽt: poſſunt eẽ ſimul quelibet
⁊ ĩfinita. Eſt enĩ tota cã hui⁹: ut patet ex habitiſ amo
tio reſiſtẽtie. Et ſicut hi⁹ amotio reſiſtẽtie cã eſt qua-
re duo coꝛpora: ⁊ quelibet ⁊ etiã ĩfinita: ſi infinita eẽt
dare ſimul eẽ pñt. Sic etiam talis amotio cã exiſtit:
quare ubi eſt minus coꝛpus: poteſt eẽ maius ⁊ maxi
mum: ⁊ ẽt infinitũ: ſi eẽt dare magnitudineꝫ infinitã.
Nam ſic duo coꝛpora plus occupant de loco: ꝙ̃ vnuꝫ
coꝛpus: qꝛ dimẽſiones reſiſtunt dimenſionibuſ: ⁊ ubi
eſt vnum coꝛpus aliud eẽ non poteſt: ꝙ ſi talis reſiſtẽ
tia tolleretur: ⁊ vnum coꝛpus ſimul cum alio eẽ poſ-
ſet. non plus occuparent de loco plura coꝛpora uel ẽt
infinita: ꝙ̃ vnum ſolum coꝛpus. ſic eſt ubi eſt min⁹ coꝛ
pus: maius coꝛpus eẽ non poteſt: ſed pluſ occupat de
loco maius coꝛpus ꝙ̃ minus coꝛpuſ: qꝛ partes magni
tudinis coꝛporis ſibi adinuiceꝫ reſiſtunt: ⁊ ubi eſt vna
pars: alia pars eẽ non poteſt. Sic enim imaginari de
bemus: ꝙ ſicut in coꝛpoꝛibus contiguis coꝛpus reſi-
ſtit coꝛpori ſibi ꝯtiguo. ſic eſt in partibus eiuſdeꝫ coꝛ
poris ꝯtigui: pars reſiſtit parti ſibi pꝛoxime: ⁊ ubi eſt
vna pars: alia eẽ non ualet: ſed ſi pars ſimul cum par-
te eẽ poſſet: non plus occuparet de loco magnuꝫ coꝛ
pus ꝙ̃ paruum coꝛpus: ⁊ totum coꝛpus ꝙ̃ vna pars.
¶ Clare ergo manifeſtũ eſt ꝙ ſi dimenſiones dimen
ſionibus nõ reſiſterent ſꝫm ꝙ ad pꝛeſens ſpectat. qua
tuoꝛ inde ſequerentur. Pꝛimo qꝛ ubi eſt vnum coꝛp⁹
poſſent eẽ duo: ⁊ quelibet ⁊ infinita. Scḋo qꝛ ubi eſt
minus coꝛpus: poſſet eẽ maius ⁊ maximum ⁊ infini-
tum. Tertio qꝛ ubi eſt vna pars alicui⁹ coꝛporis: poſ
ſint eẽ due ⁊ etiã omnes partes. Quarto ⁊ ultimo qꝛ
ubi exiſtit ſingula pars: totum coꝛpuſ poſſet exiſtere.
¶ Hĳs viſis de leui patet pꝛopoſitum. Nam cuꝫ coꝛ
pus chꝛiſti: ⁊ quelibet pars eius non ſit ſub ſpeciebus
hoſtie modo quo dimenſiones dimenſionib⁹ reſiſtũt:
qꝛ non eſt ibi ſb̃a mediante quantitate: ſed quantitas
mediante ſb̃a ſimul cum dimenſionibus vnius partiſ
eẽ poterunt dimenſionibus alteriuſ partis. Sic ergo
ſimul cum dimenſionibus panis eẽ pñt dimenſiones
coꝛporis chꝛiſti: eo ꝙ iſte dimenſiones nõ reſiſtant di
menſionibus illis. Sic ſimul cum dimenſionibus vni
us partis: pñt eẽ dimẽſiones alterius partis: qꝛ talis
reſiſtentia eſt amota: manifeſtum eſt ergo qḋ decla-
rare uolebam⁹. ¶ Sed ut magis pateat ueritas que
ſiti. Notandum ꝙ non eſt reſiſtentia dimenſionum
niſi utreqꝫ dimẽſiones reſiſtant. Dupliciter ergo talis
reſiſtentia tolli poteſt. Pꝛimo ſi neutre dimenſiones
reſiſtant. Scḋo ſi ſolũ altere reſiſtant. Si ergo eſſent
duo genera dimenſionum: ⁊ vnum quantum de ſe re-
ſiſteret. alterum v̊o non reſiſteret: tales dimenſiones
ſimul eẽ poſſent. amota enim eẽt reſiſtentia cum reſi-
ſtentia eẽ non ualet: ut dictum eſt: niſi utreqꝫ dimẽſio
nes reſiſtant. Cum ergo in ſacramẽto altaris ſint duo
dimenſionum genera: videlicet dimenſiones paniſ: ⁊
dimenſiones coꝛporis chꝛiſti. ſꝫm has duas dimenſio
nes triplex comparatio ſumi poteſt. Pꝛimo enim cõ
parari pñt dimenſiones panis ad dimenſiones coꝛpo
ris. Scḋo cõparari poterunt dimenſiones vnius par
tis coꝛporis chꝛiſti ad dimenſiones alterius partis.
Tertio dimenſiones vnius partis hoſtie: ad dimen-
ſiones alterius partis. Poterũt ergo ſimul eẽ dimen
ſiones coꝛporis cum dimenſionibus hoſtie. ⁊ dimen-
ſiones vnius partis coꝛporiſ chꝛiſti cum dimenſioni-
bus alterius partis. Dimenſiones tñ vnius partis ho
ſtie cum dimenſionibus alterius partiſ nullatenus eẽ
poterunt. Nam ſi dimenſioneſ hoſtie quantum eſt de
ſe reſiſtant dimenſionibus poterunt tamẽ eẽ ſimul cũ
dimenſionibus coꝛporis chꝛiſti: qꝛ dimenſiones dicti
coꝛporis non ſunt ſub ſacramento altaris modo quo
reſiſtũt. Sic enim arguit philoſophus. 4° phiſicoꝝ.
Qꝫ ſi aliquod coꝛpus poneretur in uacuo ſimul cum
dimenſionibus eẽnt dimenſiones. Nam uacuum non
eſt natura aliqua que poſſit cedere: uel que poſſit re-
ſiſtere. Si ergo uacuum ut videbantur antiqui pone
re. nihil eſt aliud ꝙ̃ dimenſiones ſeparate: ſi hi⁹ dimẽ
ſiones non cedũt neqꝫ reſiſtũt: ſi inter tales dimenſio
nes poneret̃ aliqḋ coꝛp⁹ ꝙ̃cunqꝫ coꝛp⁹ illud eẽt aptũ
natũ reſiſtẽ ſil' cũ dimẽſionib⁹ illi⁹ coꝛpis: eẽnt dimẽ-
ſiones ſeparate: qꝛ taleſ dimenſiones non reſiſtunt: ⁊
ſi non reſiſtunt nec cedũt. Tota enim cã quare aliqd
cedit eſt: qꝛ reſiſtit: ob hoc enim aer cedit lapidi: qꝛ re
ſiſtit ei: ⁊ ſimul cum dimẽſionibus lapidis non pñt eẽ
dimenſiones aeris. Quantũcunqꝫ ergo dimenſiones
hoſtie quantum eſt de ſe. ſint apte nate reſiſtere: ſimul
tamen cum dimenſionibus poterunt eẽ dimenſiones
coꝛporis chꝛiſti eo ꝙ hi⁹ dimenſiones nõ ſunt ſub ho
ſtia modo quo reſiſtunt. dimenſiones autẽ vnius par
tis coꝛporis ſimul etiaꝫ eẽ poterunt: non qꝛ altere re
ſiſtant: altere non reſiſtant. ſed qꝛ neutre reſiſtunt: ſed
dimenſiones vnius partis hoſtie cum dimenſionibus
alterius partis nullomõ ſimul eẽ poterunt. eſt enĩ ibi
cõpleta reſiſtẽtia cũ utreqꝫ reſiſtãt. Pꝛopoſitio. IX.

## t Otus chꝛiſtus eſt in tota hoſtia: ⁊ to tus in qualibet pte hoſtie. Declatio.

¶ Licet ualde videatur mirabile ꝙ totum coꝛpus chꝛi
ſti tante quantitatis exiſtens ſub dimenſionibus tam
parue hoſtie contineatur: tamen ſꝫm ineffabilem ueri
tatem fidei catholice cogimur ad ponendum. ꝙ non
ſit ſolum totus chꝛs in tota hoſtia: ſed etiam ꝙ totuſ
chꝛs ſit in qualibet pte hoſtie. ¶ Hanc aũt ueritateꝫ
triplici via uenari poſſumuſ. Pꝛimo ſꝫm ꝙ ſb̃a coꝛpo
ris chꝛi comparatur ad ſb̃am panis: quem in ip̃m cõ
uertitur. Scḋo ꝓut quantitates coꝛporiſ chꝛi compa
rantur ad ſb̃aꝫ eius. in qua radicantur. Tertio pꝛout
quantitas coꝛporis chꝛi cõparatur ad quantitatẽ ho
ſtie: ⁊ ꝓut quantitas vnius partis cõparatur ad quã-
titatem alteri⁹ partis. ¶ Pꝛopter p̃mũ notanduꝫ ꝙ
ꝙ̃tum ad pñs ſpectat in reb⁹ coꝛporalib⁹ duplicẽ to
talitatem dicere poſſum⁹. Unam quantitatiuã: ⁊ aliã
eẽntialem. Albedini enĩ duplex totalitas competit.
Una dimẽſiua: ſꝫm quam extenditur albedo extenſio
ne ſupficiei. pp qḋ dicitur in p̃dicamentis: ꝙ albedo
dicitur multa eo ꝙ ſupficies multa ſit: ſꝫm hanc autẽ
totalitateꝫ: albedo eſt tota in ſuperficie: ⁊ parſ in par
te: ut ſi ſuperficies ſit duorum palmorũ in medietate
ſuperficiei erit albedo vni⁹ palmi: ⁊ loquendo de to-

talitate predicta omnino ſeccabitur albedo ut ſecca-
tur ſuperficies. Alia autem totalitas albedinis eſt to
talitas eſſentialis ſiue totalitaſ diffinitiua: ⁊ ſm hanc
totalitatem non ſeccatur albedo: ut ſeccatur ſuperfi-
cies: nec eſt tota in toto: nec pars in parte: ſed tota al
bedo in tota ſuperficie: ⁊ tota in qualibet parte. Si
enim ſit aliqua ſuperficies alba ⁊ diuidatur: quelibet
pars ſuperficiei erit alba: ⁊ albedo reſeruabit in qua-
libet parte. Cuꝫ ergo non ſit albedo niſi habeat in ſe
omnia: que pertinent ad rationem albedinis ſicut nō
eſt homo: niſi qd̄ aggregat in ſe quicquid partiū ad ra
tionem hominis. Quia ergo in qualibet parte ſuper-
ficiei reſeruatur albedo. In qualibet pte erit tota al-
bedo loquendo de totalitate diffinitiua ⁊ eſſentiali.
Et ſicut eſt in accidentibus ſic ſuo modo eſt in ſubſtā
tijs corporalibus. Nam lapis ſm totalitatem dimen
ſiuam ſi eſt in aliquo loco eſt totus in toto: ⁊ pars in
pte. Sed qꝛ quelibet pars lapidis eſt lapis: ⁊ in quali
bet pte lapidis reſeruatur tota ratio lapidiſ: ⁊ ibi cō-
currunt oīa que ptinēt ad diffinitionē lapidiſ: ideo ſꝫ
diffinitiuam totalitatē tota ſba lapidiſ eſt in toto lapi
de: ⁊ tota in qͥlibet parte. ¶ Hijs viſiſ patet q̄d dicē-
dum ſit de corpore chři. Nam ut pōt patere ex habi-
tis tota ſba panis conuertitur in totam ſbam corpo-
ris chři: nō ſm totalitatē quātitatiuā: ſed ſm totalita
tem eēntialem. Dicebat eni ꝙ in hac ꝯuerſione ita cō
uertitur quid in quid qd̄ nō ꝯuertitur quātū in quātū
ergo ex vi ſacři chřs eſt ſub hoſtia ſolū ſm totalitatē
ſbalem eo ꝙ tota ſba panis conuerſa ſit in totā ſbam
corporis chři: cū ergo ante ꝯuerſionē ſm totalitateꝫ
ſbalem eēt tota ſba panis ſub tota hoſtia ⁊ tota ſub
qualibet pte: qꝛ facta ꝯuerſione ibi eſt tota ſba corpo
ris ubi fuerat tota ſba panis: oīno cogimur ad dicen
dū ꝙ facta trāſlatiōe ſit tota ſba corporis chři ſub to
ta hoſtia ⁊ tota in qualibet pte. Et qꝛ naturaliter to-
tam ſubſtantiaꝫ corporis chriſti ſeqtur totalitas quā
titatis que fundatur in ipſo corpore. ideo corp⁹ chri-
ſti tam ſm totalitatem ſubſtantialem ꝙ̄ ſm totalita-
tem quantitatiuam eſt totum in tota hoſtia: ⁊ totum
in qualibet parte: aliter ⁊ aliter. qꝛ ſm totalitatē ſub-
ſtantialem eſt totum corpus chriſti in qualibet par-
te hoſtie ex vi ſacramenti: ſed ſm totalitatem quanti
tatiuam eſt totus chriſtus in qͥlibet parte ſm natura-
lem concomitantiam ſolum. Patefacta eſt ergo pͥma
via: videlicet ſi cōparam⁹ ſbaꝫ corporis chři ad ſbaꝫ
panis: que in ipſam ꝯuertit ꝙ opꝫ nos dicere. ꝙ ſit to
tum corp⁹ chři in tota hoſtia: ⁊ totum in qͥlibet pte: ſi
cut ſbaliter ante conuerſionē erat in tota hoſtia tota
ſba paniſ: ⁊ tota in qͥlibet pte. ¶ Scd̄a via ſic oñdit.
Nā modo oppoſito eſt corp⁹ chři in celo ⁊ prout ha
bet eē ſub hoſtia. Nā in celo eſt localiter: ideo eſt ibi
ſm dimenſiones ꝓprias: ⁊ per quātitatē. Nā ut pro-
bat auicēna in ſufficiētia ſua: ꝙ omnis ſba corpora-
lis eſt in loco per quantitatem: ꝑꝑ qd̄ ꝓut eſt chřs in
celo: qꝛ ibi localiter eſt ſba mediante quantitate: ſed
ꝓut eſt ſub hoſtia non eſt localiter: ſed eſt ibi ſoluꝫ ex
conuerſione alteri⁹ in ipm: ſiue eſt ibi ſolum ſacramē
taliter in quantuꝫ virtute ſacramenti ſba panis eſt cō
uerſa in corp⁹ chři. Et qꝛ ex vi ſacramenti non eſt ibi
niſi ſba corporis chři eo ꝙ ſolum in talem ſbam con
uerſa eſt ſba panis. Ideo per ſe ⁊ primo ſub hoſtia eſt
ſba corporis. Si aūt eſt ibi quātitas ⁊ alia accidētia.
hoc eſt ex nāli ꝯcomitātia ⁊ mediāte ſba. Bñ eſt ergo
dictū ꝙ chřs eſt quodāmō mō oppoſito in celo: ⁊ ſb
hoſtia. Nā in celo eſt ſba mediāte q̄titate: ſub hoſtia
aūt eſt q̄titas mediāte ſba: id̄ in celo ubi eſt ſba medi
ante quātitate trahitur totalitas ſbe ad modū totali
tatis quātitatis. Et qꝛ ſm totalitatē quātitatiuaꝫ eſt
aliquid totum in toto ⁊ parſ in partem. Ideo loquen
do de corpore chři ut habet eē in celo eſt totuꝫ corp⁹
chři in toto ſuo loco ⁊ parſ in parte. In hoſtia aūt ubi
eſt quātitas mediāte ſba totalitas quātitatiua trahit
ad modū totalitatis ſbe: ita ꝙ eſt tota quātitas cor-
poriſ chři in tota hoſtia ⁊ tota in qualibet pte: qꝛ mo
dus totalitatis ſbalis eſt ꝙ ſit tota in toto: ⁊ tota in
parte. Sicut ġ ſba que de ſe nō diuidit: qꝛ eſt in loco
mediāte q̄titate: cui cōpetit diuiſio eſt ibi diuiſibilr.
ſic ecōuerſo quātitas corpis chři que de ſe eſt diuiſibi
lis qꝛ eſt ſub hoſtia mediāte ſba cui per ſe nō cōpetit
diuiſio: eſt ibi idiuiſibilr: ꝑꝑ qd̄ patet cōparādo quā-
titatē corporiſ chři ad ſbam ei⁹ mediante qua eſt ſub
hoſtia: opꝫ nos dicere totū chřm eē ſub tota hoſtia: ⁊
totū in qͥlibet pte. ¶ Tertia via ſic oñdit. Dicebatur
eni in ꝓcedēti caplo ꝙ ſm dimēſiōes paniſ ⁊ dimēſio
nes corpis chři triplex cōparatio ſumi poterat. Pri-
mo qꝛ dimēſiones hoſtie ſic cōparant ad dimēſiones
corporis chři ꝙ ſimul cū dimēſionib⁹ hoſtie pñt eſſe
dimēſiones corporis. Secundo qꝛ dimenſioneſ vni⁹
ptis corporis chři ſic ēt cōparant ad dimēſiones alte
ri⁹ ptis ꝙ illis nō reſiſtūt: ſꝫ ſimul cū eis eē ualent: ſꝫ
ſm cōparationem tertiam ſm quā dimenſiones vni⁹
partis hoſtie ad dimenſiones alteri⁹ partis comparā
tur: eſt ibi completa reſiſtentia: ⁊ iſte cum illis eſſe nō
pñt. quātitas ergo hoſtie erit tota in tota hoſtia ⁊ ps
in pte. eo ꝙ ibi vna pars hoſtie exiſtit altera eſſe non
pōt. Ideo plus occupat de loco tota hoſtia ꝙ̄ ps ei⁹:
ſꝫ ut patet per habita ubi eſt aliqua pars hoſtie ibi eſt
aliqua pars corporis chři: qꝛ quantitas hoſtie non re
ſiſtit quantitati corporiſ. Rurſuꝫ ubi eſt vna pars cor
poris chři: ibi poteſt eſſe alia: ⁊ etiam per conſequēs
ibi poterit eē totū corp⁹: qꝛ dimenſiones vni⁹ partis
corporis dimenſionib⁹ alteri⁹ partis non reſiſtunt: er
go ubi eſt quecūqꝫ ps hoſtie nō eſt iconueniens ꝙ ibi
ſit totū corp⁹ chři. Eſt ġ tertia via declarata. ¶ Ex
hijs aūt trib⁹ vijs declarat plane vͥtas. Nā per pͥmā
viā hētur totā ſbaꝫ corporis chři eē in tota hoſtia: ⁊
totā in qualibet pte: ſicut ſbaliter tota ſba panis con
uerſa in totā ſbam corporis chři erat ſbaliter tota in
tota hoſtia ⁊ tota in qͥlibet pte. ¶ Per ſcd̄am aūt vi
am per quā oñdit totalitatem quantitatiuā corporis
chři trahi ad modū totalitatis ſbe manifeſte colligit
ꝙ ſicut corp⁹ chři ſbaliter eſt totū in tota hoſtia ⁊ to
tum in qͥlibet pte: ſic ēt ſm totā quātitatē ſuā eſſe to-
tum ſub tota hoſtia: ⁊ totū ſub qualibet pte. ¶ Per
tertiā autem viā omnes ambiguitates tolluntur. non
enim debet eē ambiguū. Utrū tota quantitas corpo
ris chři poſſit eē in qualibet pte hoſtie. nā ſi vna pars
corporiſ chři alteri parti reſiſteret: ⁊ ubi vna parſ eēt
altera eē nō poſſet: plus requireret de ſpatio magna
pars ꝙ̄ parua. ⁊ plus totū corp⁹ ꝙ̄ pars quelibet. Sꝫ
qꝛ partes corporis chři ſic ſunt ſub hoſtia ꝙ ſibi inui
cem nō reſiſtūt. qd̄ ſuppoſito per imaginationē nřam
ꝙ in qualibet parte hoſtie poſſit eſſe totū corp⁹ chři
qd̄ declarare uolebamus.

Theorema .x.

I Icet tot⁹ chriſtus ſit in qualibet par-
te hoſtie: partes tamen ille in quibus
per ſe eſt totus chriſtus non ſunt infi-
nite: ſed finite.

Declaratio.

¶ Eſt aūt in ſuperioribus declaratū ꝙ rebus corpora
libus cōpetit duplex totalitas. Una quantitatiua. al
tera ſubſtantialis. Cū ergo totum ⁊ pars correlatiue

dicũtur: oportet cuilibet totalitati correſpõdere ſuã
partialitatẽ. Aliter eñi diuiditur res ut eſt continua:
aliter ut eſt ſƀa: ⁊ ut eſt nã quedã. Lapis eñi ut eſt q̃d
cõtinuũ eſt diuiſibilis in ĩfinitũ. Eſt eñi de rõne cõti-
nui ꝙ diuiſibile ſit in ſemꝑ diuiſibilia: ut patet ꝑ phm
in 6° phiſicoꝝ ⁊ ṗ° celi ⁊ mundi. imo fere ubiq; in li
bris eius hec ĩuenit̃ ſnia. Nõ eñi eſt poſſibile ꝯtinuũ
diuidi in idiuiſibilia: q2 ſi indiuiſibilia cõponant̃: nul-
lam efficiũt magnitudinẽ. ⁊ plura indiuiſibilia nõ ſũt
aliq̃d magis: ꝙ vnũ idiuiſibile. Si g̊ cõtinuũ diuide-
ret̃ in idiuiſibilia fieret ꝗtũ ex nõ quãtis: ⁊ magnitu-
do ex nõ magnitudib⁹: ⁊ diuiſuȝ nõ erit aliq̃d maius
aliquo diuidẽtiũ. Eſt g̊ cõtinuũ diuiſibile in ĩfinitũ: ⁊
quelibet res ſi diuidat̃ ut cõtinua. põt diuidi in ĩfini-
tas ꝑtes. Nõ eſt g̊ dare minimũ in re: ſi conſiderat̃ ut
cõtinua. Eſt tñ dare minimũ ſi cõſiderat̃ ut ſƀa: ⁊ ut
nã quedã. Vñ phs in ṗ° phiſicoꝝ diſputans ꝯ anaxa
goram oñdit ꝙ eſt dare mimã carnẽ: ⁊ mimaȝ aquã.
Stat eñi res nãlis: ⁊ in mai⁹: ⁊ in minus. Quia diuȝ
nã cõſtãtiũ eſt rõ certa. ⁊ nũs eoruȝ magnitudinis ⁊
augmẽti. ut dicit̃ in 2° de aĩa. Poſſet g̊ adeo eẽ mini-
mã caro: ꝙ ſi ulterius diuideret̃ nõ remaneret in ſpe
cie carnis: ⁊ adeo poſſet eſſe magnus leo: ꝙ ſi ulteri⁹
creſceret nõ ſufficeret ad animandũ totũ corpus leo
nis aĩa. Propter qȯ nõ eſſet leo nec remaneret in ſpe
cie leonis. ⁊ ſi dubiũ eſt de augmẽto. Vtrũ alique res
nãles poſſint augeri in infinitũ. ꝑꝑ hoc qȯ phs videt̃
dicere in 2° de aĩa. ꝙ ignis in ĩfinitũ augeretur: ſi hr̃et
cõbuſtibile. De diminutione tñ nulla eſt qȯ. Quia cũ
nõ ſit dare aliq̃d ocioſum in nã: ⁊ nulla res ſit deſtitu
ta operatione ſua ꝓpria: opȝ nos dicere ꝙ cũ accipe
retur adeo modica caro ꝙ ſi ulterius diuideret̃ non
poſſet ei cõpetere aliqua opatio carniſ eo ꝙ ibi ſit ſta
tus. ⁊ diuiſa talis caro nõ erit in ſpecie carnis. Mani
feſtũ eſt g̊ ꝙ lapis ut cõtinuus eſt diuiſibiliſ in ĩfinitaſ
ꝑtes: ⁊ nunꝗ̃ põt adeo diuidi: q̃n ſemꝑ remaneat con
tinuus. ſed lapis ut lapis eſt: ⁊ ut eſt nã quedã nõ ha-
bet infinitas ꝑtes ⁊ põt adeo diuidi ꝙ nõ remaneret
in ſpecie lapidis. Sic etiã ut facit ad ꝓpoſitum panis
ut eſt q̃d cõtinuũ. diuiſibilis eſt in infinitum. ſed ut eſt
ſƀa quedã nõ habet infinitas partes. põt adeo modi
cum accipi de pane ꝙ ſi ulteriuſ diuideret̃ nõ remane
ret ſpecies panis. Licet g̊ chr̃s ſit totus in tota hoſtia
⁊ totus in qualibet ꝑte hoſtie. Tñ q2 non eſt in parti
bus hoſtie ut ſunt q̃d cõtinuũ: ſed eſt in talibus parti
bus: ut põt ibi reſeruari ſpẽs: ⁊ ſƀa panis que nõ ſũt
infinite: ſed finite. ꝑtes ergo hoſtie in q̃bus per ſe exi
ſtit totus chr̃s nõ erũt infinite ſed finite. Si enim ar-
guebam⁹ in ꝓcedenti caplo ꝙ q2 tota ſƀa paniſ ſm to
talitatẽ diffinitiuã erat in tota hoſtia: ⁊ tota in quali-
bet ꝑte: ideo tota ſƀa corporis chr̃i facta cõuerſione
eſt tota in tota hoſtia ⁊ tota in q̃libet ꝑte. Sed cũ to
ta ſƀa panis ẽt ſm rõnẽ diffinitiuã nõ reſeruet̃ in qua
libet ꝑte hoſtie loquẽdo de partialitate ꝓut hoſtia di
uidit̃ ut quid cõtinuũ: ⁊ ut hẽt parteſ infinitaſ: q2 poſ
ſet adeo accipi modicũ de hoſtia ꝙ nõ reſeruaretur
ibi ſpecies panis: nõ eſt tot⁹ chr̃s in qualibet ꝑte ho-
ſtie ſm ꝙ diuiditur hoſtia: ⁊ ut q̃d continuũ: ⁊ ut ha-
bet ꝑtes infinitas: ſed reſeruat̃ in q̃libet parte hoſtie
totus chr̃s ut hoſtia diuiditur in tales ꝑtes in q̃b⁹ po
teſt reſeruari ſpẽs panis: ⁊ nõ ut habet ꝑtes ĩfinitas.
Immo q2 in hoc ſacramẽto eſt cõuerſio ſƀarũ abſq;
cõuerſione accidẽtiũ: opȝ nos oĩno loqui de partiali
tate ꝓut quelibet ꝑs panis eſt panis: nõ prout queli-
bet pars cõtinui eſt continua. Et q2 nulla hoſtia ante
cõſecrationem diuiſibilis eſt in infinitas ꝑtes in qui-
bus reſeruet̃ ſpecies panis: lȝ quelibet hoſtia diuiſibi
lis ſit in infinitas ꝑtes: in q̃bus reſeruari põt rõ conti
nui in nulla hoſtia facta cõſecratione erit dare infini-
tas ꝑtes: in q̃bus per ſe ſit totus chr̃s: ſicut ante cõſe
crationẽ infinite ꝑtes in hoſtia: in quibus reſeruaret̃
ſpẽs: ⁊ ſƀa panis: eẽ nõ poterũt. ¶ Hijs viſis nõ bo
nã apparet eẽ imaginationẽ dicentiũ chr̃m ſic eſſe to
tuȝ in tota hoſtia: ⁊ totũ in q̃libet ꝑte. ſicut imago eſt
tota in toto ſpeculo: ⁊ tota in q̃libet ꝑte. Vnde cõclu
debant ꝙ cũ nõ ſit tota imago in ꝑte ſpeculi: niſi ſpe-
culo fracto: nõ eſt totus chr̃s in ꝑte hoſtie niſi hoſtia
fracta. Videmus eñi ad ſenſum ꝙ ſi ſpeculũ ſit vnum
loquendo de ſpeculis uſitatis: que ſunt figure cõuer-
ſe ſemꝑ in vno ſpeculo vnĩ⁹ ⁊ eiuſdẽ vultus nõ appa
ret niſi vnũ idolũ. Sed ſi frangat̃ ſpeculuȝ quot ſunt
ꝑtes ſpeculi: tot apparent ibi imagines vnius ⁊ eiuſ-
dem vultus. Sic dicebant iſti de corpore chr̃i exiſtẽ
te ſub hoſtia ꝙ hoſtia integra ꝑmanẽte ſic erat totus
chr̃s in tota hoſtia: ꝙ nõ erat tot⁹ in qualibet parte.
Sed ſi diuidebat̃ hoſtia in ꝑtes ſuas in qualibet ꝑte
hoſtie reſeruabat̃ totus chr̃ſ. Eſt aũt hec imaginatio
nõ bona: q2 ꝙ vna imago vnius ⁊ eiuſdẽ vultuſ appa
ret in vno ſpeculo cõuerſo hoc eſt ꝓpter vnitatẽ ſuꝑ
ficiei ſpeculi q2 ſm vnã ſuperficieȝ eſt vna reflexio: ⁊
ꝑꝑ vnitateȝ reflexionis appet vna imago: ſed fracto
ſpeculo plurificant̃ ſuperficies. ⁊ plurificatis ſuperfi
ciebus: apparẽt plures imagines. Chr̃s aũt totus eſt
ſub tota hoſtia rõne totalitatis ſƀſtãtie panis cõuer
ſe in totã ſƀam corꝑis chr̃i: q2 g̊ ſimpliciter ⁊ abſolu-
te loquẽdo tot⁹ panis ſm totalitatẽ ſƀaleȝ eſt in tota
hoſtia: ⁊ totus in q̃libet ꝑte loquendo de ꝑtib⁹ in qui
bus põt reſeruari ſpẽs paniſ. Simpliciter cõcedẽ de
bemuſ ꝙ facta ꝯuerſione ſit tot⁹ chr̃ſ in tota hoſtia ⁊
tot⁹ in q̃libet ꝑte. cũ poſt conuerſionẽ ibi ſit tot⁹ chr̃s
ubi erat totuſ panis ſm ſƀalẽ totalitatẽ. ¶ Iſti ergo
q̊dãmõ ecõuerſo debebãt dicere: nã q2 nulla pars eſt
adeo modica in qua ut eſt cõiũcta alteri nõ reſeruet̃
ſpẽs panis. igit̃ in q̃libet ꝑte hoſtie ut eſt ꝯiũcta alteri
hẽt chr̃s eſſe: tñ q2 poſſet adeo modicũ accipi de ho
ſtia ꝙ ibi reſeruari nõ poſſet ſpẽs panis nõ quelibet
ꝑs hoſtie ſi frangat̃ hoſtia cõtinebit totũ chr̃m. Im-
mo omnis illa pars tam modica: in qua nõ põt reſer-
uari ſpecies panis per ſe accepta: nõ eſt cõtẽtiua cor-
poris chr̃i: ⁊ ſi nõ eſt cõtentiua totius corporis: non
eſt ꝯtẽtiua ꝑtis ei⁹. Declaratũ eſt eñi ſic chr̃m eſſe ſub
hoſtia ꝙ ubi eſt vna ꝑs corꝑis eſt ibi totum corpus.
Clarum eſt ergo ꝙ nõ ſolũ per ſe loquendo ꝑtes ho
ſtie in quibus habet eẽ totus chriſtus nõ ſunt infini-
te: ſed finite: ſed etiã patet finitas eſſe illas: in quibus
per ſe acceptis habent eſſe ꝑtes corporis chriſti cum
adeo modicuȝ hoſtie poſſit ab hoſtia ſeparari in qua
eſſe nõ poterit: nec corpus chriſti: nec pars corporis.

Propoſitio. XI.

Ic eniȝ eſt chriſtus totus in qualibet
s parte hoſtie: ꝙ in parte punctali ho
ſtie: nec eſt chriſtus: nec pars chriſti.

Declaratio.

¶ Sumeret forte aliq̃s ex habitis errãdi mãm dicens
chr̃ȝ eẽ in q̃libet ꝑte pũctali hoſtie. Dicebat̃ eñi ſuꝑi⁹
chr̃m ſic eẽ in celo: ꝙ eſt ibi ſƀa mediãte ꝗtitate: ſed
ut eſt ſub hoſtia eſt ibi ꝗtitas mediãte ſƀa. Cũ g̊ ſƀa
de ſe ſit idiuiſibilis: ꝗtitas v̊o diuiſibilis: ex hoc ar-
guebatur ſubſtantiam corporis chriſti ut eſt in celo
eſſe diuiſibiliter: q2 eſt ibi per quãtitatẽ cui competit
diuiſio: quãtitatẽ v̊o eius eẽ ſub hoſtia idiuiſibiliter:

qꝛ eſt ibi q̄titas per ſb̄am cui per ſe diuiſio nō competit. Quia ḡ nihil eſt ſub hoſtia oīno indiuiſibile niſi pūctus. ¶ Hijs ſupficialr̄ cōſideratis oīno videt̄ dicendū eſſe ꝙ in pte pūctali hoſtie ſit tota q̄titas corporis chr̄i ⁊ ēt totus chr̄s. Uerum qꝛ hoc ueritati repugnat ut p̄dicta ſophiſticatio ſoluat̄. Duo declarabimus. Primo eni oſtendemus ꝙ in pte punctali hoſtie nec eſt chr̄s: nec eſt pars chr̄i. Scd̄o manifeſtabimus quō intelligendū ſit q̄titatē corporis chriſti eē ſub hoſtia īdiuiſibiliter. ¶ Propter pᵐ notandū ꝙ corpus chr̄i non incipit eſſe ſub hoſtia ꝙ deſcendens de celo ingrediat̄ dimēſiones hoſtie: qꝛ cū idem corpus ad diuerſa loca oppoſita nō habētia ordinē adinuicē ſimul ferri nō ualeat. Si chr̄s eſt ſub hoſtia inciperet eē ꝑpter deſcenſum eius de celo ſimul in diuerſis altaribuꝫ nō poſſet cōfici corpuꝫ chr̄i: qđ falſū eſt: imo qꝛ cū corpus per motū localem incipit eē alicubi: ibi de neceſſitate localiter exiſtet. eēt igit̄ chriſtus localiter ſub hoſtia. ſi ꝑpter deſcenſum localē ibi inciperet eē: quo poſito: corpus chr̄i circunſcriberet̄ ſub hoſtia ſicut circūſcriberent̄ corpora in locis ꝓprijs: ⁊ tota q̄titas corporis chr̄i eē nō poſſet ſub taꝫ paruis dimēſionibus hoſtie: que oīa repugnant catholice ueritati. ¶ Reſtat ḡ dicēdū ꝙ nō propter motū localē nec ꝑpter deſcenſum de celo incipit chr̄s eſſe ſub dimenſionibus hoſtie. Sed qꝛ ſb̄a panis cōuerſa eſt in ſb̄am corporis chr̄i: iō facta cōuerſione eſt corpꝰ chr̄i ſub dimenſionibus hoſtie: qꝛ ſub talibus dimenſionibuꝫ erat prius ſb̄a paniꝫ. Sic eni ſuo mō eſt in hac cōuerſione ſupernaturali: ſic̄ eſt in generatione naturali: videmus eni ꝙ ſi ex aqua generet̄ aer ubi prius fuerat aqua iam corrupta: ibi eſt aer generatus. Si ergo ſb̄a panis cōuertitur in ſb̄am corporis chr̄i: ubi erat prius panis ſb̄a: ibi facta cōuerſione eſt ſb̄a corporis chriſti. Cū ergo in parte punctali hoſtie nō poſſit eē panis ſb̄a: ibi eſſe nō poterit corpus chr̄i: nec ēt pars corporis. cū pluries habitum ſit: ꝙ ubi eſt vna pars corporis ibi eſt totū corpus. Dicebat̄ eni ſuperius ꝙ eſt dare minimā aquā: ⁊ minimā carnē: ⁊ minimū panem. Poſſet enim adeo modicū accipi de pane qđ ſi ulterius diuideret̄ ſpecies panis ibi reſeruari nō poſſet. Cum ergo quātū nō poſſit tātū diuidi: quin ſemꝑ remaneat quātū: panis aūt in tātū diuidi poteſt ꝙ nō remanet panis. oportet nos dicere ꝙ non in qualibet pte quātecunqꝫ quantitatis poſſit reſeruari ſpēs panis. Multo ergo minꝰ reſeruari pōt in parte punctali. Immo qꝛ materia nunq̄ abſoluitur a quātitate ut patet per ph̄m in pluribus locis. ⁊ per cōmētatorem in de ſb̄a orbis: qꝛ in puncto nō reſeruat̄ ratio quantitatis: mā̄ ſ̄m eſſe actuale qđ habet nunq̄ hēt eē punctale. Nihil ergo de nūo habentiū ſpeciem in materia pōt eſſe in aliqua parte punctali. imo qꝛ ſub parte pūctali nec eſt materia: nec pars materie: cū materia ⁊ quelibet pars eius ſit quāta: eo ꝙ nec materia ſ̄ꝫ ſe nec ſ̄m ſuas ptes a quātitate poſſit abſolui in pte pūctali hoſtie nō poterit eſſe panis: nec pars panis cum panis ſit de nūo habentiū ſpēm in materia. Bene ergo dictū eſt ꝙ in parte punctali hoſtie non poteſt eſſe corpus chriſti: nec pars corporis accipiendo pūctale ſ̄m quantitatē: qꝛ in tali parte non pōt eſſe panis: nec pars panis. Utrū autem accipiendo pūctale aliter q̄ acceptum ſit dicere poſſumus ꝙ in hoſtia eſt totꝰ chriſtus ⁊ in quolibet puncto hoſtie etiā eſt totuꝫ chriſtꝰ. Inferius oſtendetur. ¶ Ad pn̄s tamē reſtat oſtendere quō quātitas corporiꝫ chr̄i ſit ſub hoſtia īdiuiſibiliter poſtq̄ in parte pūctali hoſtie non eſt ſb̄a corporis chriſti: ⁊ per cōſequens nō eſt ibi eius q̄titas. Nam ſi in hoſtia eſt quātitas. corporis chr̄i mediante ſb̄a: ſi in pte punctali nō poteſt eſſe ſb̄a corporis chr̄i: nec eius q̄titas in tali pte poterit eſſe. Sciendūꝫ ḡ ꝙ ſic̄ diſtinguimꝰ carnē ſ̄m ſpeciem: ⁊ carnē ſ̄m materiaꝫ: ſic diſtinguere poſſumus panē ſ̄m ſpeciem ⁊ panē ſ̄ꝫ materiā. Nam ſ̄m ph̄m in p̄mo de generatione. c. de augmento. In oībus habentibus ſpēm in materia poteſt diuidi hoc ſ̄m mām̄. hoc vō ſ̄m ſpēꝫ. Sic ergo illa dr̄ caro ſ̄m ſpēm: que per ſe accepta habet actionē ⁊ opationē carnis: ſic ille dicitur panis ſ̄m ſpeciem: qui per ſe acceptus pōt habere aliq̄ actionē: ⁊ operationē panis. Cū ergo ſ̄m ſpēm ſit dare panē athomū ⁊ carnē athomā. quātitas corpis chriſti ⁊ totum corpus chr̄i debet eſſe in hoſtia indiuiſibiliter ſ̄ꝫ ꝙ ſtat diuiſio ad partē ſ̄m ſpeciem nō ad ptem ſ̄m materiā. Nam diuiſio ſ̄m partes materiales uadit in infinitū ſicut diuiſio continui. Nam panis ſ̄m mām̄ ⁊ caro ſ̄ꝫ materiā diuidi poſſunt: que alteri coniuncta hr̄e poſſunt actionē panis ſiue carnis. Non eſt ergo inuenire panē athomū ſ̄m materiā: nec carnem athomā. Nulla eſt eniꝫ caro adeo modice quātitatis que alteri cōiuncta non poſſit habere actionem carnis: ſic etiā de pane ⁊ de quolibet alio habente ſpeciē in materia ſentiendum eſt. Si ergo in talibus reperitur minimū: qꝛ ſic procedit diuiſio in partibus ſ̄ꝫ materia: ſicut in ptibus continui minimū in iſtis eſt minimuꝫ punctale: reducetur enim minimū in materia ad minimū in q̄titate. Et ſic punctus: qui eſt minimum in quātitate: nec eſt quātitas: nec pars quātitatiꝫ loquendo de pte integrali. Sic tale minimū non erit materia nec pars materie. Cū ergo habitum ſit ꝙ in pte punctali: nec eſt corpus chriſti: nec pars eius erit corpus chr̄i ⁊ eiꝰ quantitas ſub hoſtia īdiuiſibiliter ut ſtat indiuiſio ad partem ſ̄m ſpeciem. non ad partem ſ̄m materiaꝫ.

## Propoſitio. XII.

Jmultas partiuꝫ chriſti in qualibet
s parte hoſtie nō cōfundit ordinē partium ad ſe inuicem: ⁊ ad totum: lꝫ tollat ordinem partium ad locum. Aperitio.

¶ Oſtendebat̄ ſuperius ꝙ chr̄o exiſtente ſub hoſtia cōpetit poſitio que eſt differētia quātitatis: nō aūt que eſt p̄dicamentū. Cum ḡ poſitio que eſt drīa quantitatis dicat ordinē partiū ad totū. Illa vō que eſt p̄dicamentū dicat ordinē partiū ad locū: ſatiꝫ ex illo capl̄o poſſet hr̄i ueritas huiꝰ capl̄i. videlꝫ ꝙ modus exiſtendi: quē habet chr̄s ſub hoſtia nō tollit ordinē partiū ad totū lꝫ tollat eoꝝ ordinē ad locū. tn̄ qꝛ parū iſtructis in ſcientia nō ſatiſfit per vba coīa: ⁊ niſi eis manifeſtentur p̄ncipia ⁊ inde cōcluſiones educant̄ neſciūt ſeipſos mouere: ⁊ eoꝝ nō quieſcit intellectus. Immo modicū ligamentū eos ligat. Ideo ne forte ligaret tales illud qđ ſuperius dictuꝫ eſt de ſimultate partium chriſti. bonū eſt ulterius aperire ueritatē. Nā ſi ordo partiū in toto reqrit ꝙ caput ſit ſupra pectus: ⁊ genu ſit ſupra tibiā: ſi ubi eſt vna ps corporis chriſti: ibi eſt quelibet pars inter ptes ſic exiſtentes non reſeruabitur dictus ordo. Nō eni ut videtur eſt intelligibile ꝙ caput ſit ſimul cū pectore: ⁊ tn̄ ſit ſupra pectꝰ. ¶ Ut ergo tollatur dubitatio tacta duo declarabimꝰ. Primo eniꝫ oſtēdemus ꝙ in chr̄o exiſtente ſub hoſtia de neceſſitate reperitur ordo ptiū ad totū ⁊ ordo partium ad ſe inuicem. Secundo declarabimus ꝙ ſimultas partium talem ordinem nō ꝯfundit. ¶ Propter primū notanduꝫ ꝙ ordo partium ad totum: ⁊ ordo

earum adinuicē ſunt relationes quedā. Nā ipſa relatio ſm ſuā quiditatē. ⁊ eſſentialiter eſt ordo quidaꝫ. Et ordo lꝫ mãliter ſumptus dicat ipſas res ordinatas. formaliter tamē ⁊ ſm ſe acceptus eſt relatio quedam. Predicti aūt ordines: ſiue p̄dicte relationeſ cōnexionē quādā habent ad ſe inuicē. Nō eni eſt ordo partiū ad totū niſi ſit ordo partiū ad ſe inuicē. Nam niſi ipſe p̄tes ordinate conſtitute eſſent: totū nō cōſtitueret: toto aūt nō conſtituto nō eſſet ordo partium ad totū. Si ergo oſtēdere poſſumꝰ ꝙ chriſto exiſtēti ſub hoſtia cōpetit ordo partiū ad totum: oſtenſum erit ibi eē ordinē partiū ad ſe inuiceꝫ. Notandū ergo chrm̄ ſic eſſe ſub hoſtia ꝙ p̄tes ſunt ibi rōne totiꝰ. nō totū rōne partiū. Nā ut ſuperiꝰ dicebat. chrs ex hoc eſt ſub hoſtia: qꝛ ſb̃a panis conuerſa eſt in ſb̃am eius. Sed ſm inocētiū papā ſic totalis panis in totale corpus cōuertitur. ꝙ nulla pars panis tranſit in aliq̄ partem corporis. Nō eni eſt intelligibile qꝛ totū trāſeat in totū: ⁊ pars in p̄tē: niſi illud totū per partes circūſcribat. ⁊ ſit totū in toto: ⁊ pars in p̄te. Si ergo eēt aliq̄d qḋ eſſet totū in toto. ⁊ totum in qualibet p̄te. ⁊ cōuerteret in aliq̄d qḋ ſimiliter eēt facta cōuerſione totū in toto: ⁊ totū in qualibet p̄te. talis conuerſio ſic eſſet totius in totū ꝙ nullomodo eēt partis in p̄teꝫ. Cū ergo totus panis cōuertat in totū corpus chri nō ſm totalitatē q̄titatiuā. ſm quā panis extendit extēſione hoſtie: eſt totus in tota hoſtia: ⁊ pars in parte. Sed ſi fiat talis cōuerſio ſm totalitatē ſb̃alē ratione cuius eſt totus panis in tota hoſtia: ⁊ totus in q̄libet p̄te ut declarabat ſuperius pluribus argumētis. Idō bene dictū eſt ꝙ in hac cōuerſione mirabili ſic eſt cōuerſio totiꝰ in totū ꝙ nullomō cōuertit pars in p̄teꝫ. Sunt ergo in hoſtia p̄tes rōne totiꝰ. Eſt ergo per ſe ⁊ p̄mo ſub hoſtia totū corpuſ chri in qḋ totū conuertitur tota ſb̃a panis. ⁊ qꝛ non eſt totum ſine partibꝰ ſi eſt ſub hoſtia totū corpꝰ chri ſunt ibi ⁊ p̄tes ut habēt ordinem ad totum. Uerum qꝛ ordo partiū ad totum ut dicebatur preſupponit ordinem partiū ad ſe inuicem. Declaratum eſt qḋ p̄mo preponebatur declarādum. vꝫ ꝙ in chriſto exiſtente ſub hoſtia reperitur ordo partiū ad totum ⁊ ordo earum adinuicē. ¶ Reliquum ergo declarare reſtat. vꝫ ꝙ ſimultas partiū talem ordinem nō confundit. ¶ Notandū ergo ꝙ ordo partium ad locum ⁊ in vniuerſo aliquando eſt ſimilis ordini partium ad totum. aliquando diſſimilis ⁊ in diuerſis ſpeciebus animatoꝝ exiſtentiuꝫ ſm ſuū naturale eē rep̄itur ſimilis ⁊ diſſimilis. In hoīe enim qui habet pedes uerſus terrā: ⁊ caput erectum ad celum reperit idem ordo partium ad totum ⁊ ad locuꝫ ſuum ⁊ ad vniuerſuꝫ. Nā partes que ſunt ſuperiores in toto qꝛ magis appropinquant celo ſunt ſuperioreſ in loco ⁊ reſpectu vniuerſi. In plantis aūt in q̄buſ radices tenent locū oris. In aīalibus reperitur ordo cōuerſus. Si enim uolumus accip̄e ſuperius ⁊ inferius in plantis ſm ordinē partiū ad totum. radiceſ ſūt ibi ſuperius ⁊ rami inferius. qꝛ os in aīalibus eſt in capite: qꝛ os eſt ſuperior pars animalis. In vniuerſo autē eſt ecōuerſo. Nam cū radices ſint in terra fixe: ⁊ ſm locum: ⁊ ſm ordinem vniuerſi radices ſunt inferius: ⁊ rami ſuperiuſ. Eſt ergo homo ut plato dicebat platanus ſiue planta uerſa. Siquis ergo uerteret hoīeꝫ qḋ caput haberet uerſus terraꝫ: ⁊ pedes eleuatos in altum lꝫ caput eēt inferius ſm locū: tamē ſuperiꝰ eēt ſm ordinem ad totū. Ubicunq̄ enim ſit caput ⁊ qualitercūq̄ uertatur animal: ſemp̄ erit ſuperiꝰ: ⁊ pedes erunt inferius loquendo de ordine partium ad totū.

Si igitur ordo contrarius vniuerſi ⁊ ordo cōtrariuſ ad locum non tollit ordinem partium ad totuꝫ. nulli debet eſſe dubium ꝙ ſi ordo partium ad locū omnino tolleretur adhuc remaneret ordo partium ad totum. Nam ſi poſito capite uerſus terram ⁊ inferiuſ ⁊ pedibus ſitis in altum caput eſſet ſup̄ius ⁊ pedes inferius. Multomagis ſi ſimul cū capite eſſent pedes non peruerteretur ordo quin caput eēt ſupra pedes. Bene ergo dictum eſt: ꝙ ſimultas partium corporis chriſti exiſtentis ſub hoſtia non tollit nec cōfundit ordinē quem partes habent ad ſe inuicem ⁊ ad totum.

### Propoſitio. XIII.

Licet chriſtus nō ſic ſit ſub hoſtia ut apparet imago in ſpeculo. Aliquo tamen mō eſt in hoſtia ut ad ſuperficiem ſpeculi multiplicat imago. Cōmētū.

¶ Fuit auteꝫ in ſuperioribus ſufficienter oſtenſuꝫ chriſtum non ſic eſſe ſub hoſtia ut imago apparet in ſpeculo. Ad maiorem tamen expreſſionem huiꝰ ueritatis poſſumus addere rōnem innocentij pape. d. Qḋ dicitur a quibuſdam ꝙ q̄diu ſpēs panis integra p̄ſeuerat ſub tali ſpecie: totale corpus chriſti exiſtit. Diuiſa aūt in ſingulis partibus incipit eſſe totum ſicut in ſpeculo dum eſt integrum: vna tamē inſpicientis apparet imago. Sed eo fracto tot apparent imagines quot ſunt ibi fracture. Poſita hac rōne ſubdit. ꝙ cuꝫ deus illā virtutem contulerit uerbis ut ad prolationem eorum corpus dn̄icuꝫ incipiat eſſe ſub ſpecie ſacramenti. quia illa uerba nō proferuntur in fractione diligenter attēdant: ⁊ illi qui hoc docent. Un̄ corpus chriſti qḋ ante fractionē nō in ſingulis partibus erat totū: ſed ſub totali ſpecie totaliter exiſtebat. poſt fractionem v̄o quot parteſ ſuſcipit hoſtia incipit eē ſigillatim in ſingulis partibus. Totū corpus qḋītegraliter erat in integro. certe non videtur via ad euadendum quō ſaluare poſſumus ꝙ per ſolam fractionē incipiat eſſe chrs in ſingulis p̄tibus hoſtie. Cuꝫ virtus tranſubſtātiandi ſb̃am panis in chriſti corpus nō ſit data fractioni: ſed v̄bis. Immo ſi ſic uellemꝰ iudicare de exiſtentia chriſti ſub hoſtia ſicut de apparētia imaginis in ſpeculo oīno dicendum eſſet corpus chri nō eſſe in hoſtia. Nā imago non apparet in ſpeculo. nec etiā eſt in ſpeculo. Solū eni dyaphanū corpus ſuſceptiuū eſt taliū ītētionū. Specula āt duriſſime calibe fieri poſſent. Nō eſt ergo imago in ſpeculo: nec apparet in eo loquēdo de ſpeculis uſitatis que ut plurimū ſunt cōnexa. Utrum aūt ſi imago ubi apparet: ⁊ quō pōt apparere ubi nō eſt: inq̄rere nō eſt p̄ntis ſpeculationis. Sufficiat aūt nobis tm̄ patefactū eē chrm̄ nō eſſe in hoſtia nec ut app̄et imago in ſpeculo nec ut exiſtit in ipſo. Reliquū aūt eſt oſtendere aliquō chrm̄ eē in hoſtia ut ad ſup̄ficieꝫ ſpeculi multiplicatur imago. ¶ Ad cuius euidētiā aduertēdū ītētiones nō ſuſcipere nūm a ſb̃iectis in q̄bꝰ ſunt. Poſſunt eni in eadeꝫ p̄te aeris eſſe diuerſe ſpēs luminariū. quelibet eni p̄s albedis ſe m̄ltiplicat in toto medio: ⁊ qḋ dictū eſt de albedie ītelligēdū eſt de q̄libet ſp̄e intētionali. Eſt g̃ ſm eē intētionale tota albedo in toto medio: ⁊ tota in q̄libet p̄te. Et qḋ dictū eſt de medio ſentiēdum eſt de organo. Ad quēlibet eni punctū oculi multiplicat ſpēm ſuā q̄libet pūctus rei viſibiliſ. Ita ꝙ ſilitudo rei viſibilis ſuſcipit in toto oculo: ⁊ tota in q̄libet parte. Nō tn̄ in q̄libet pūcto oculi fit iudiciū de q̄libet puncto rei viſe. nā ſi p̄ quēlibet pūctū oculi vidēmꝰ quēlibet pūctū rei viſibil̄ ⁊ iudicaremꝰ de q̄libet pūcto rei

viſe: eſſet cōfuſio in videndo. Appareret eniʒ dextra
ſiniſtra: ⁊ ſiniſtra dextra. Nō eni iudicare poſſemus
que viſibiliū eſſent a dextris ⁊ que a ſiniſtris. qđ ap-
paret ſenſu falſum eē. Propoſitis eni viſibilibꝰ coraʒ
nobis recte eni iudicaremꝰ dextra eſſe a dextris. ⁊ ſi-
niſtra a ſiniſtris. qđ ideo contingit qꝛ in cancellatione
neruoꝝ opticoꝝ ubi fuit iudiciū de re viſa ſoluʒ per
ꝑtem dexterā iudicamus de dextris. ⁊ per ſiniſtrā de
ſiniſtris. ⁊ per mediā de medijs. ¶ Si aūt rō hꝰ que
ratur qualiter de ꝑte dextra viſibilis fit ſolū iudiciuʒ
in ꝑte dextra: cū ſimilitudo illius partis nō ſolum ſu-
ſcipiatur in parte dextra: ſed in ꝑte ſiniſtra: ⁊ in quali-
bet parte. Dicendum ꝙ lʒ quilibet punctus rei viſi-
bilis multiplicet ſpēm ſuam ad quēlibet punctuʒ or
gani cū dextra dyametralius ⁊ fortius imprimūt ſpe
cies ſuas in ꝑte dextra ꝙ̄ in alijs partibus. Et qꝛ non
quelibet ipreſſio ſufficit ad videndū ⁊ iudicāduʒ: ſed
ſola ipreſſio dyametralis ⁊ fortis. idō lʒ pars dextra
viſibilis iprimat ſpēm ſuā in quolibet puncto organi.
⁊ tota etiā ſimilitudo rei viſibilis ſit in qualibet par-
te organi. nō tñ videt totū viſibile per ꝗ̄libet parteʒ
oculi. nec de parte dextra iudicamꝰ per ꝗ̄libet partē
organi: ſed per dextrā partē organi iudicamus de ꝑ-
te dextra rei viſibilis. ⁊ per ſiniſtram de ſiniſtra. eo ꝙ
exiſtentem in chriſto cõuertat panis ſuba: in
rem cõpoſitã cõuertet.

Declaratio.

❡ Si materia ſm ſe accipiat non ↄſiderata prout in ea
habeat eſſe quãtitas: uel prout ei cõpetit quidã quãti
tatiuus modus: nullo mõ mã ſic accepta põt dici to-
tũ: nec põt nominari corpus. ⁊ inde eſt ꝙ oẽs antiqui
phñtes in hoc errauerũt: qꝛ mãm oĩno primaꝫ ⁊ ſm
ſe acceptam dixerunt eſſe corpus ⁊ eſſe aliqd in actu.
Nam aliqui mãm ſic dictã dixerũt eſſe ignem: aliqui
aerem: aliqui aquã: ita ꝙ oĩa elemẽta acceperũt iudi-
cem preter terrã. nullus enim philoſophantiũ poſuit
ſolam terrã eſſe ꝓncipiũ oĩum corpoꝝ. Tamẽ terrã
cũ alĳs: aliquis phñtium poſuit primũ ꝓncipium: qꝛ
empedocles poſuit oĩa elemẽta eẽ ꝑmũ ꝓncipiũ ma
teriale corpoꝝ: nullus tñ phs iudicauit ſolã terrã eẽ
tale ꝓncipiũ. Quidã tamẽ legiſta eſiodus noĩe ut di-
citur in ꝑ° metaᶜᵉ: uel in 2° ſm aliam ueterẽ trãſlatio-
nem: poſuit ſolam terrã eſſe ꝓncipiũ oĩum corporum
Sed ipſe nõ fuit de phñtibus: imo fuit vir famoſus
in legibus ut recitat cõmẽtator ibidem. ⁊ ſicut aliqui
phñtiũ poſuerũt elementũ eẽ principiũ oĩum: aliqui
v̇o aliud. ſic aliqui poſuerunt mediũ inter aliqua ele-
menta eſſe tale principiũ. Cum ergo ſic oẽs phñtes
loquerent ſolum de cã materiali: oportebat eos dice
re mãm ſm ſe ↄſiderata: ⁊ ut eſt primũ ꝓncipiuꝫ hẽre
rõnem corporis: qᷓ eſt oĩno falſuꝫ. Nã materia oĩno
prima ⁊ ſm ſe accepta: nec eſt corpus: nec eſt aliqd in
actu. ideo phs ꝑmo metaᶜᵉ reprehẽdit oẽs antiquos
phñtes dicẽs eos erraſſe: qꝛ poſuerũt mãm elemen-
tum corpoꝝ. i. de numero corpoꝝ: qꝛ dixerunt mãm
eſſe corpuꝫ: ⁊ nõ dixerũt eam de numero nõ corpoꝝ.
Jn fundamento eni nãe nõ eſt aliquid diſtinctũ: neq;
quãtũ: neq; quale. Eſt eni mã ꝑma mediũ inter ens ⁊
nihil ut dicit cõmẽtator ꝑ° phiſicoꝝ. qᷓ ↄcordat cum
uerbis auguſtini in libro ↄfeſſionuꝫ dicẽs. Duo feciſti
dñe: vnũ prope te ut nãm angelicã: ⁊ aliud ꝓpe nihil:
ut mãm primã. Cũ ergo materia prima ſm ſe cõſide-
rata nõ dicat aliquid in actu: meli⁹ dixiſſent phi ſi ma-
teriã ſic acceptã dixiſſent eſſe non corpus: ꝙ dicendo
eam eẽ corpus. Nõ eni materia ſic ſumpta habet par
tes: nec eſt quid diuiſibile ſed indiuiſibile. Tamen ut
ſuperius oſtenſum eſt ſi a ccipiat materia ut cõpetit ei
quidã modus quãtitatiuus: ↄtingit mãm partes ha-
bere. Nam lꝫ materia habeat partes per quantitatẽ:
tamen ut dicebat partes materie ſunt alie a partibus
qᷓtitatis. Cũ ḡ ille partes mãe non dicãt aliã eſſentiã
niſi eſſentiã materie: ſm rei v̇itateꝫ mã ſic accepta eſt
cõpoſita. Eſt eni quoddã totũ ad ſuas partes. Et qꝛ
ſic ↄſiderata materia ut habet tales partes: non dicit
aliam eſſentiã: ſed ſoluꝫ additur ei quidã quãtitatiu⁹
modus: patet ueruꝫ eẽ qᷓ in theoremate ꝓponebat:
videlicet ꝙ hi⁹ modus ſupadditus materie etiã realr
reddit mãm magis cõpoſitam. Cum igit mã ut exiſtit
in chriſto ſit quid extenſum ⁊ organiçatuꝫ: ⁊ habeat
quẽdã modũ quãtitatiuũ ⁊ cõpetat ei hẽre ꝑtes que
partes nõ dicũt aliã eſſentiã ab eſſentia mãe: cũ queli
bet pars materie ſit mã: ↄſtat mãm exiſtenteꝫ in chřo
eſſe qd realiter cõpoſitũ cum realr hẽat partes. Si ḡ
in ſolã mãꝫ exiſtentẽ in chriſto ↄuerteret panis ſubſtã
tia: in rem cõpoſitam eſſet conuerſa: quod declarare
uolebamus.

Propoſitio.XXXI.

q Uoniã materia non dicit quoddã to
tuꝫ: nec meremur nomẽ corporis niſi
ꝓpter modũ qᷓtitatiuũ: quẽ iduit: qꝛ
ꝓut cõparat ad aĩaꝫ hoc maxie obtinet: pro
prie ⁊ potiſſime debet materia dici corp⁹ ꝓut
diuidit ex oppoſito ↄtra aĩaꝫ ⁊ nõ ↄ formas
alias corpales. Materia ergo organiçata
in chřo exiſtens cõgrue poteſt dici corpus.

Declaratio.

¶ Cōſurgit ex p̄cedētibꝰ rōnabilis dubitatio. Nam ſi
mā ſʒ ſe accepta nō meret nomē corpis. ꝯſiderata tn̄
ut induit quēdam modū quātitatiuū induit rōnē cor
poris: ut habet rōnem totius. ⁊ eſt quid cōpoſitū ex
pluribus partibꝰ: qꝛ cū materia nunꝙ abſoluit a ꝙti-
tate ſemp̄ cōpetet materie quidā modus ꝙtitatiuus.
Sub quacūqʒ ergo forma ſit mā: ſemp̄ erit quāta: lo-
quēdo de materia ſenſibili: qꝛ de tali loqui intēdimꝰ.
Utrum autē intelligibilia materiā habeat: nō eſt pre
ſentis ſpeculatiōis. Si igitur modus ꝙtitatiuus dat
materie ꝙ habeat rōnem corporis: ⁊ materia nunꝙ
abſoluit a tali modo: ſicut nec abſoluitur a quātitate
ad quācūqʒ formā cōparet materia ſemp̄ habebit ra
tionē corporis. igitur ſicut dicimus ꝙ aīal eſt compo
ſitum ex corpore ⁊ aīa: qꝛ materia induēs modū ꝙti-
tatiuū habet rōnem corporis: ſic ut videt dicere po-
terimus lapidem cōpoſituʒ eſſe ex forma ⁊ corpore.
Quia materia lapidis ut cōparatur ad formā ſuā ha
bet modū quātitatiuū. poterimus ergo dicere in lapi
de eſſe duplex corpus. Corpus. ſ. qd̄ eſt genus ad la-
pidem: qd̄ dicit totuʒ: ⁊ predicat de lapide: ⁊ corpus
qd̄ eſt altera pars cōpoſiti: ⁊ de lapide non p̄dicatur:
qꝛ eſt pars lapidis: ſicut diſtinguimus in aīali duplex
corpus: corpus qd̄ eſt genꝰ ad aīal: ⁊ corpus qd̄ pars
eius: ⁊ qd̄ dictū eſt de lapide ⁊ de mixtis inaīatis dici
poſſet de miſcibilibꝰ ⁊ elemētis. ſicut eni forma lapi-
dis nō recipit niſi in materia quāta: ſic etiā nec forma
ignis: nec forma aque poſſunt recipi niſi in mā quāta.
Scōm ergo hanc viam ut videt poſſemus dicere ꝙ
ignis eſſet cōpoſitus ex corpore ⁊ forma: ſicut aīal eſt
compoſitū ex corpore ⁊ anima. Quia talia nec uſus
admittit: nec rō patit. Opʒ dare cāʒ q̄re mā ut eſt ſub
forma aīalis: ⁊ ulr̄ ut iformat aīa pōt dici corpꝰ: ut in
format alijs formis non ꝓprie meret nomen corpis.
¶ Rurſum aīal diuiditur in per ſe mouēs ⁊ in per ſe
motū. Diuiditur eni in aīam ⁊ corpus: aīa aūt eſt per
ſe mouens: ⁊ corpus per ſe motū: cetera v̓o corpora
inaīata non mouent ex ſe. Si ergo materia ut induit
modū quātitatiuū pōt dici corpus: tūc mixta inaīata
⁊ etiā elementa diuidunt in corpus ⁊ formā. ergo ele
menta mouerent ex ſe: ⁊ non mouerent a generante.
Tota enim cā quare elemēta non poſſunt moueri ex
ſe ſumit ex eo ꝙ nō diuidūtur in formā ⁊ corpus: ſed
in formā ⁊ materiā. ideo ⁊ ſi forma poſſet eſſe per ſe
mouens: materia nō pōt eſſe per ſe mota. Non enim
habet per quid reſiſtat motori: ideo cōmētator in 4°
phiſicoꝝ vult ꝙ in elementis res mota eſt in potētia
ſolum: ⁊ motor eſt in actu. Ait eni elemēta eſſe cōpo
ſita ex mā prima ⁊ ex formis ſimplicibuſ: ⁊ motor eſt
forma: ⁊ res mota eſt mā: ⁊ ex hoc cōcludit talia cor-
pora non diuidi in rem motā: ⁊ motorē in actu. Cum
ergo nihil moueat ex ſe niſi ſit diuiſibile in motorem
⁊ rem motaʒ actu: elemēta non mouebunt ex ſe: quia
licet poſſimuſ ibi ſaluare motorē eſſe aliquid in actu:
qꝛ forma dicit aliquid in actu: tamē ſaluare nō poſſu-
mus ꝙ res mota dicat aliq̄d in actu: cū materia dicat
q̄d in potētia ſolū. Immo ex hoc ꝯcludit cōmētator
ꝙ tota cā quare requirit tēpus in motu elemētoꝝ eſt
reſiſtētia medij. Nam cū illud qd̄ eſt in potētia ſolum
nō poſſit reſiſtere: materia que ſe habet ut res mota
in elemētis: non habet per quid reſiſtat forme que ſe
habet ut motor: ut loquimur modo quo cōmentator
loquit. proprie eni loquēdo nec forma elemētoꝝ eſt
motor: nec mā eſt res mota. ſʒ forma eſt ratio per quā
mouet: ⁊ materia eſt rō per quā mouet. Mouet eniʒ
elementum per actualitatem ⁊ formā ſuam: mouetur
autem per potentialitatē ⁊ mām. Si igitur nō eſt ibi
reſiſtentia: ut ex parte rei mote requirat tp̄s in motu:
oportet dare reſiſtentiā ex parte medij. Immo ſi eſſet
dare uacuū elementa mouerent in inſtanti: ut probat
in 4° phiſicoꝝ. nulla enim eſſet ibi reſiſtētia: ideo nō
proprie eēt ibi motus: ſed mutatio ſolū: corpora eniʒ
celeſtia lʒ non ſint ibi reſiſtentia ex parte medij. mouē
tur tamen in tp̄e qꝛ mouent ex ſe. ⁊ res mota dicit ibi
aliquid in actu. cōponunt eni corpora celeſtia ex cor-
pore ⁊ forma ut dicit cōmentator: ⁊ corpus qd̄ eſt ibi
ut res mota eſt actu aliquid diſtinctuʒ a ſuo motore.
Sic etiā ſi eēt motus in uacuo lʒ mouerent elemen-
ta in inſtanti: aīalia tamē mouerent ibi in tp̄e ut inuit
cōmētator ſupra 4° phiſicoꝝ. In motu enim aīaliuʒ
nō ſumitur tota reſiſtentia ex parte medij cum aīalia
moueantur ex ſe ⁊ ſint diuiſibilia in talia duo quoruʒ
vnū eſt per ſe mouēs ⁊ aliud per ſe motū. cōponūtur
enim aīalia ex corpore ⁊ aīa ſiue ex corpore ⁊ forma.
Corpus enim qd̄ eſt ibi per ſe motū videt dicere ali-
quid in actu: poterit ergo ibi ſaluari reſiſtentia inter
motorē ⁊ rem motaʒ ſublata reſiſtentia medij: ſed in
elemētis hoc fieri non pōt: qꝛ res ibi mota eſt mate-
ria que dicit ibi quid in potētia ſolum: propter qd̄ ex
parte rei mote non pōt ſumi reſiſtentia. Si ergo tol-
leretur reſiſtentia medij nulla reſiſtentia eſſet ibi. Sʒ
ſi elementa poſſent dici cōpoſita ex corpore ⁊ forma:
ſicut dicunt corpora ſuperceleſtia eē cōpoſita: ⁊ etiaʒ
aīalia ⁊ oīa que mouent ex ſe: tūc elemēta mouerent
ex ſe: ⁊ eſſet dare in motu elementoꝝ reſiſtentiam ex
parte rei mote preter reſiſtentiaʒ medij: que oīa ſunt
ꝯtra ueritatē traditam in phīa naturali. ¶ Notandū
ergo ꝙ ad ſoluēdū difficultates tactas nō iuuamur:
ut videt ex poſitione pluriū formaꝝ in cōpoſito. Nā
plures formas in cōpoſito ponere nō poſſumus: niſi
propter ordinē quē forme habēt adinuicē. nullus eni
ponit plures formas in compoſito: niſi ille forme ha-
beant ordinē adinuicē. Stultū enim eſſet ponere plu
res formas in aliquo: ⁊ tamē ille forme non eſſent ad
inuicē ordinate. Inter formas aūt aſpicimus duplicē
ordinē: quoꝝ vnuſ eſt ordo p̄dicamenti. ⁊ talis ordo
eſt inter genus ⁊ ſpēm: hunc aūt ordinē ſequens Aui
cebron libro ſuo fōtis vite: poſuit ordinē formaꝝ ſʒ
ordinē p̄dicamēti. Voluit eni formā generiſ ⁊ ſpēi eē
aliā ⁊ aliā. Scōdo mō eſt ordo in formiſ: qꝛ corpalia or
dinant ad ſpūalia: ſenſibilia ad intelligibilia: nālia ad
ſupnālia: ⁊ vniuerſaliter ea que educunt de potentia
materie vident eē materialia: ⁊ habere quēdā poten
tialem ordinē ad ſpūales ſubſtātias. Et ſi iſtū moduʒ
ſequeremur diceremus in hoīe eſſe plures formas ⁊
nō in alijs. Eſſet eni in hoīe vna forma nālis educta
de potentia materie: ⁊ alia ſupnālis imediate creata
a deo ⁊ īfuſa corpori: ⁊ tūc nālis forma educta de po
tentia materie erit mālis: ⁊ habebit potētialē ordinē
ad formā ſupnālēʒ ⁊ infuſaʒ. Sed ſiue ſic ſiue ſic dica
mus nō videt difficultas ſolui: qꝛ ſi nos ponamꝰ plu-
ralitatē formaꝝ ꝓpter ordinē p̄dicamēti: uolētes ge
nus ⁊ ſpēʒ nō poſſe dicere eādeʒ formā: tūc in elemē
tis erūt plures forme: cū in eis reſeruet forma gene-
ris ⁊ ſpēi. Eſt eni ignis ⁊ corpus: ⁊ quodlibet elemē-
tuʒ eſt aliquid in genere ⁊ in ſpecie. poſſumꝰ ergo ſal-
uare ꝓpt̄ pluralitatē formaꝝ elemēta eē cōpoſita ex
corpore ⁊ forma: ⁊ res ibi mota eſt corpus: ⁊ non mā
ſolū. Mouerent igit elemēta ex ſe: ⁊ non vitaremus
difficultatē tactā: ſʒ magiſ poneremꝰ ipaʒ. ¶ Rurſuʒ
ſi in ſolo hoīe poneremꝰ plures formas: qꝛ in ſolo ho
mine eſt forma ſupernaturalis infuſa: tunc idem eſſet

iudicium de aialibus brutis ⁊ de elementis. Mouerentur ergo elementa ex ſe ſicut animalia bruta: uel aialia bruta non mouerentur ex ſe: ſicut nec elementa quoꝝ neutrū eſt cōueniēs dicere. Non autem dicere poſſumus ꝙ in elemētis ⁊ in mixtis inanimatis ut in lapide eſt ſolum vna forma. ideo non poſſunt moueri ex ſe: quia nō ſunt diuiſibilia in corpus ⁊ formam: ſed in materiā ⁊ formam. In aialibus vō omnibus ſunt plures forme: ideo mouent̄ ex ſe: quia componuntur ex corpore ⁊ aia: ſiue ex corpore ⁊ forma. ⁊ ibi corpuſ non dicit mām ſolum: ſed mām cū forma. ẜm hāc enim poſitionē lapis per eandē formā eſt lapis ⁊ corpus: ⁊ quodlibet mixtum inanimatū per eandem formam eſt in genere ⁊ in ſpecie. Leo aūt nō per eandeꝫ formam eſt leo ⁊ corpus: ⁊ quodlibet animal non per eandem formā eſt animal ⁊ corpus. ¶ Sed hec poſitio nō videtur poſſe ſtare. Cum enim ex inanimato fit animatū: utputa ex lapide uermis: ſi lapis per eandem formā eſt lapis ⁊ corpus: qꝛ cedit forma lapidis poſtq̄ introducitur forma uermis: cedet corporeitas que erat in lapide. Non eſt eniꝫ intelligibile ꝙ aliqua duo dicant eandē rem ⁊ vnū realiter corrūpatur alio manente incorrupto. Si ergo corporeitas ⁊ lapideitas in lapide dicunt eandē formam poſtq̄ cedit lapideitas adueniēte aia uermis cedit ⁊ corporeitas. Et quia cū generat̄ uermis ex lapide ſoluꝫ introducitur de nouo in materia vna forma. ſ. anima v̄mis. Si igit̄ corporeitas que prius erat in mā lapidis ibi non remanet: qꝛ nō remanet lapideitas generato ex lapide uerme: uel aliquo alio viuo per ſolam introductionē anime in mām: uel uermis genitus ex lapide non erit corpus: uel illa eadē forma que dat uermi ꝙ ſit uermis dabit ei ꝙ ſit corpuſ ⁊ eandem formaꝫ dicent aia uermis ⁊ corporeitatis. Uidetur ergo oīno eſſe dicēdum ꝙ ſicut forma per quam lapis erat lapis aliter ⁊ aliter accepta dabat lapidi ꝙ eſſet lapis ⁊ ꝙ eſſet corpus: ſic forma uermis poſtea introducta dabit uermi ꝙ ſit uermis ⁊ ꝙ ſit corpus. Corporeitas enim in genere ſubſtātie non eſt ipſe dimenſiones: ſed eſt forma dans eē materie apte nate ſuſcipere dimēſiones. Anima ergo uermis corporeitas dici poterit. Nā forma uermis ſic dicitur anima ex eo quod dat uermi ꝙ viuat: ⁊ ꝙ ſentiat. Sed poteſt dici corporeitas ex eo ꝙ eſt actus materie dimēſionate. quicquid autem ſit de homine: in alijs autē plures formas ponere nō eſt rationabile niſi poneremus pluralitatē formaꝝ tam in elementis q̄ in mixtis: ⁊ tam in mixtis inaiatis q̄ animatis. Nō ergo ex pluralitate formaꝝ poſſumus ſaluare difficultates tactas: videlicet quare elementa ⁊ mixta inaiata cōponuntur ex materia ⁊ forma: ⁊ non proprie ex corpore ⁊ forma ⁊ nō mouentur ex ſe ⁊ in motu eoꝝ nō eſt aſſignare reſiſtentiā preter reſiſtētiā medij. Animalia vō dicunt̄ cōponi ex corpore ⁊ forma: ſiue ex corpore ⁊ aia: ⁊ mouentur ex ſe: ⁊ eſt ibi reſiſtentia rei mote preter reſiſtentiā medij. ¶ Notādum ergo ꝙ anima pōt cōparari ad materiā cuius eſt actus ⁊ perfectio dupliciter. vnomō ut eſt forma eiꝰ. aliomodo ut eſt motor ipſius. Utroqꝫ autē mō materia exiſtens in aiali: ut cōparatur ad aiam meretur nomen corporis. Materia vō elementoꝝ ⁊ vniuerſalr̄ mixtoꝝ iaiatoꝝ ut cōparat̄ ad formā ſuā: neutro mō meretur nomē corporis. Dicebatur enim ſuperius ꝙ materia ẜm ſe ꝯſiderata nō meretur nomē corporis: tamē ut induit quēdam modū quātitatiuū poteſt dici corpus. Oſtendebat̄ eni quis erat ille modus quātitatiuus ꝓpter quē materia poterit appellari corpus.

Dicebatur etiā ꝙ talis modus erat organiçatio. Materia eniꝫ organiçata pōt dici corpus: vnde ſi in nullo compoſito eſſet formaꝝ pluralitas: aia ex hoc ipſo diceretur actus organiçati corporis: quia eēt perfectio materie organiçate. organiçatio autē dupliciter ſumi poterit: uel ꝓpter partes materie: uel propter partes quātitatis. Materia aūt organiçata ꝓpt̄ partes materie pōt dici corpus: cum ipſe partes materie nullaꝫ eſſentiā dicūt p̄ter eſſentiā materie. Ideo materia ſic accepta nullam eſſentiā ſignificat preter eſſentiā materie. ¶ Et ſi queratur cū aia dicit̄ actus materie organiçate. utrū illa organiçatio debet ſumi ẜm partes materie uel ẜm ꝑtes quātitatis: planū eſt eā eē ſumēdā ẜm partes mãe: qꝛ aia mãe imediatius adheret q̄ quātitas: cū talem materiā informat qualem inuenit. Inuenit mām organiçatam: ideo talem materiā perficit. organiçatio ergo illa que ponitur in diffinitiōe aie cum dicitur. Anima eſt actus corporis organici nō dicit accidens neqꝫ noiat partes quātitatis: qꝛ accidēs nō ingreditur diffinitionē ſubſtātie ſed nominat partes materie. Cū ergo ſpāliter aia dicatur actus organici: ⁊ ſpāliter anima requirat tanq̄ ꝓpriū ſuſceptiuū organiçatā mām: ſpecialiter materia eſt in aialibus ⁊ ut comparat̄ ad aiaꝫ meretur nomē corporis: nō aūt meret̄ ꝓprie tale nomen ut eſt in elemētis ⁊ in mixtis inaiatis ⁊ ut cōparatur ad formas alias. ¶ Dicamuſ ergo ꝙ materia ut eſt in elemētis ⁊ in rebus inaiatis: nō differt per eſſentiā a materia ut eſt in animalibus. Materia tamē ut eſt in aialibꝰ exiſtens: habet quēdā modū quātitatiuū ut organiçationē quā nō habet ut eſt in alijs mixtiſ. ⁊ rōe huiꝰ animalia dicunt̄ cōpoſita ex corpore ⁊ forma ſiue ex corpore ⁊ anima: qꝛ materia organiçata pōt dici corpus: mixta inaiata dicūtur cōpoſita ex mā ⁊ forma: qꝛ forma eoꝝ nō ꝑe requirit organiçatam mām: ideo non proprie dicunt̄ cōpoſita ex corpore ⁊ forma. Et ſicut declarauimꝰ materiaꝫ in aialibus proprie habere rōnem corporis ut cōparat̄ ad aiam tanq̄ ad formā: ⁊ oſtendimus hoc nō ꝯtingere in rebus inaiatis: ſic oſtendere poſſumus materiaꝫ in animali ut comparat̄ ad aiam tanq̄ ad motorē habere rōnē corporis: ut tamē eſt in elementis ⁊ in hijs que non mouētur ex ſe nō poteſt dici corpus. ¶ Ad cuius euidentiā notanduꝫ ꝙ inaiata nō mouent̄ niſi ad vnam differentiaꝫ poſitionis tm̄: ⁊ per vnam nām tm̄. ut grauia per naturā grauis mouent̄ tm̄ deorſuꝫ: ⁊ leuia per naturam leuis mouentur tm̄ ſurſuꝫ. Cum ergo forma grauis per grauitateꝫ eſt rō quare graue moueat̄ deorſum: nihil remanet in graui propter qđ reſiſtat illi motui: ideo res mota in grauibus dicit̄ eē materia tm̄: ⁊ aliquid qđ eſt in potentia ſolū: qꝛ amota forma grauis que videt̄ ſe habere ut motor. materia quātuꝫ eſt de ſe eſt in plena obedientia ad motum illum: qꝛ nihil eſt in ea propter qđ poſſit reſiſtere tali motui. Unde ſi ſubtraheret̄ reſiſtētia medij: ⁊ grauia mouerent̄ in uacuo ut dicebat̄ motus ille eēt in inſtāti. Sed in aialibus nō ſic. Aialia eni mouent̄ ad oēm dr̄iam poſitionis: ⁊ nō mouent̄ vnomō tm̄. Mouent̄ eni tā per grauitatē q̄ per appetitū. ⁊ cum aia mouet ẜm appetitū: nō eſt materia in plena obediētia ad motum illū. Immo per grauitatē reſiſtit illi motui: iō mā exiſtēs in aiali ut cōpat̄ ad aiam tanq̄ ad motorē: qꝛ hēt aliq̄d per qđ reſiſtat: iduit rōneꝫ exiſtētis in actu: iō meret̄ nomē corporis: loquendo etiā de aiatis ubi poſſumꝰ ponere vnā formā tm̄: ut ſi in ceruo non eſſet niſi aia ſolū: ceruo cōpeteret duplex motus. vnꝰ deorſum per grauitatē ⁊ prout ẜm talem motū cōparatur

materia cerui ad formā ſuā nullo modo meret nomē
coꝛporis:qꝛ nō haberet rōnem exiſtentis in actu:cuꝫ
nō haberet per quid reſiliret tali motui:ſꝫ ꝓut ceru⁹
mouetur per appetitū qui motus eſt anime ſm ꝙ aia
⁊ ſic materia exiſtens in eo ut cōparatur ad aiam pōt
appellari coꝛpus.habet enim per quid reſiſtat dicto
motui:qꝛ per grauitatē ideo pōt appellari coꝛpus:qꝛ
induit rōnem exiſtentis in actu.patet ergo ꝙ materia
in aialibus ut cōparatur ad aiam meretur nomē coꝛ-
poris:ſiue comparet ad eam ut formā:ſiue ut ad mo
torem.Sed nō ꝓpter eandem cām ſic ⁊ ſic meretur
nomen coꝛporis.Sed ut comparat ad aiam materia
exiſtens in aiali ⁊ ut ad formā meretur nomē coꝛpo-
ris ꝓpter oꝛganiçationē.ſed ut cōparat ad eam ut
ad motorem:pōt dici coꝛpus ꝓpter reſiſtentiam. In
elementis vō ⁊ in rebus inanimatiſ:qꝛ forme eoꝝ nō
pꝛopꝛie requirūt oꝛganiçatā mām:nec materia eoruꝫ
habet per quid reſiſtat forme mouentis:ſiue ut eſt rō
mouēdi:nullomō materia in talibus reſpectu ſue foꝛ
me meretur nomen coꝛporis:⁊ talia non poſſunt dici
moueri ex ſe. Non enim ſunt compoſita ex coꝛpore ⁊
forma:ſed ex materia ⁊ forma. Nō eniꝫ ſunt diuiſibi-
lia in talia duo:quoꝝ vnum ſit per ſe mouēs:⁊ aliud
per ſe motum. Nam ſi forma in elementis poteſt di-
ci per ſe mouēs:quia dicit aliquid in actu.materia tn̄
nō pōt dici per ſe mota:qꝛ noiat quid in potētia ſolū.
Bene ergo dic̄ cōmētatoꝛ in 4°celi ⁊ mūdi.ꝙ grauia
⁊ leuia mouēt per ſe:ſed mouent per accidēs. ❡ Pa
tet igit uerū eſſe qꝺ in theoremate ꝓponebat ꝙ ma-
teria in aialibus ut cōparatur ad aiam:meret nomen
coꝛporis:ſꝫ ut eſt in elemētis ⁊ ut cōparat ad formas
alias coꝛporales:coꝛpus appellari nō poteſt.Qꝺ vō
coꝛrelatiue addebat ꝙ materia oꝛganiçata in chꝛiſto
congrue poteſt dici coꝛpus.viſis p̄dictis dubitationē
non habet. Pꝛopoſitio.XXXII.

S I non excedit rationeꝫ poſſibilis ꝙ
panis materia cōuertatur in materiā
coꝛporis chꝛiſti:⁊ forma in formam
cōuerſio toti⁹ ſubſtātie panis in ſolā materiā
nō eſt īpoſſibilis reputāda. Declaratio.

❡ Si poneremꝰ in quolibet cōpoſito vnā formā ſubſtā
tialem tm̄:⁊ diceremus ꝙ in chꝛo nō fuit forma ſub-
ſtātialis niſi aia ſolum cū ꝯuertit ſuba panis in coꝛp⁹
chꝛiſti:opoꝛteret nos dicere in ſolā mām panis ſbām
eſſe ꝯuerſam. Coꝛporalia enim in ſpūalia ꝯuerti non
poſſunt.Omnes enim ꝯcedūt ꝙ ſic totus chꝛiſtus eſt
in tota hoſtia:qꝺ tn̄ in aiam chꝛiſti nihil eſt ꝯuerſum.
anima eni eius eſt ſub ſacramēto altaris ſolum ex na-
turali cōcomitantia nō ex vi ſacramēti:qꝛ nec mā pa-
nis:nec aliquid in pane exiſtēs ꝯuerſum eſt in aiam:⁊
ſi nō eſt ibi aia ex vi ſacramēti:multomagis nō eſt ibi
diuinitas ut appellaremuſ eē ex vi ſacramēti in quod
aliquid eſt ꝯuerſum.Si enim nihil panis pōt cōuerti
in animā multominus poterit cōuerti in diuinitatem.
❡ Rurſum nullum accidēs chꝛiſti eſt ibi ex vi ſacra-
menti:qꝛ nihil eſt ꝯuerſum in aliquod accidens eius.
ſpāli enim noie ut infra dicetur iſta cōuerſio appellat
trāſubſtātiatio:qꝛ ſuba panis ꝯuertit in ſubam coꝛpo
ris.nullum tn̄ accidēs panis ꝯuertitur in aliquod ac-
cidens in chꝛiſto exiſtens.Sed ſi in coꝛpore chꝛi non
eſt forma ſubſtātialis niſi aia:quicquid erit in chꝛiſto
nihil erit materia:uel diuinitas:uel aia:uel accidens.
Si ergo nihil ꝯuerſū eſt in diuinitatē:nec in aiaꝫ:nec
in accidentia opoꝛtet ſubſtantiā panis ꝯuerſaꝫ eſſe in
ſolaꝫ mām.Sed ponēdo plures formas in cōpoſito
⁊ dicendo ꝙ coꝛpus chꝛiſti per aliā formā eſt coꝛpus
⁊ animatū:pōt eē duplex moduſ dicēdi de ꝯuerſione
ſubſtātie panis in coꝛpus chꝛiſti. ❡ Pꝛio ꝙ talis cō
uerſio fiat in materiā oꝛganiçatā que pōt dici coꝛpuſ:
⁊ qꝛ materia oꝛganiçata loquendo de oꝛganiçatione
ſm partes materie nō dicit niſi ſolam mām:ſm iſtum
modū loquēdi tota ſubſtātia panis ꝯuertetur in ſolaꝫ
māꝫ. ❡ Secūdo modo pōt intelligi talis ꝯuerſio ꝙ
coꝛpus non dicat mām ſolum:ſed dicat mām cū foꝛ-
ma coꝛporeitatis:⁊ panis ꝯuerti dicat in coꝛpus chꝛi
ſti:qꝛ materia panis ꝯuertitur in mām coꝛporis chꝛi:
⁊ forma in formā.Quod aūt iſtoꝝ uerū ſit nō eſt pꝛe
ſentis theorematis diffinire.Sed in dicto theorema
te dicit ꝙ ſi eſt poſſibile ꝙ materia panis cōuertat in
mām coꝛporis chꝛiſti:⁊ forma in formā:ꝯuerſio toti⁹
ſubſtātie panis in ſolam mām nō eſt reputanda īpoſ-
ſibilis. ❡ Triplici eni via oſtēdere poſſumꝰ ꝙ ſi pōt
mā alicui⁹ ꝯuerti in mām ⁊ formā:ꝙ pōt totū compo
ſitum ꝯuerti in ſolam mām loquēdo de formis de po
tentia materie eductis:quia de talibus loqui ſpectat
ad pꝛeſens.Pꝛima via ſumit ex eo ꝙ materia forme
non ꝯtrariatur.Secunda via habet qꝛ omnes forme
de potentia materie educte quodāmodo virtualiter
claudunt in ipſa materia aliter non dicerētur educi ⁊
extrahi de potentia materie ei⁹.Tertia via habet qꝛ
forme māli de qua loquimur cōpetit potentialitas ⁊
paſſibilitas pꝛopter mām:ſicut ecōuerſo materie cō-
petit actualitas ꝓpter formā. ❡ Pꝛima via ſic patet
qꝛ ut dicit cōmētatoꝛ in p̄mo celi ⁊ mūdi.nunꝙ̄ vnuꝫ
ꝯtrarioꝝ fit eſſentialiter reliquū:albedo enim nō fit
nigredo.Sic ergo uerificat ex albo fieri nigrū:qꝛ ma
teria que erat ſub forma albi:fit ſub forma nigri. Et
inde eſt qꝺ phs in p̄°phiſicoꝝ pꝛobat ꝙ eſt dare māꝫ
ſubiectā utriꝗ ꝯtrarioꝝ.forma ergo forme ꝯtrariat
inquātum forma vna exiſtens in materia non cōpatit
ſecū aliam.Sed materia nulli forme ꝯtrariat:qꝛ ſub
qualibet forma eſſe pōt.ideo cōmentatoꝛ in p̄mo phi
ſicoꝝ ſuper illo uerbo.Cum nō dicamus ſubſtātiam
eſſe ꝯtrariam qualiter ex nō ſubſtātijs fiet ſubſtantia
vult ꝙ ſubſtātia ſubſtātie ꝯtrariat:uerū eſt quātuꝫ ad
formā:ſed nō eſt uerum quātum ad mām ⁊ ſubiectuꝫ.
Si ergo virtute diuina fieri pōt ut forma cōuertat in
formā ad quā ꝯtrarietatē habet:nō eſt reputādū im-
poſſibile deo totā ſubam cōpoſiti cōuertere in ſolam
māꝫ ad quā ꝯtrarietatē nō habet.Immo ſi nobis in-
noteſcit eē poſſibile deo vnā formā eductam de potē
tia materie poſſe cōuerti in aliam:ut in pꝛoſequendo
patebit:potiſſime hoc inoteſcit nobis ex eo ꝙ forme
ex parte materie in qua vniūtur:quia de eius potētia
educi poſſunt:cōtrarietatem nō habēt.Si ergo con-
cedimus ꝙ poſſit forma in formam cōuerti pꝛopter
ipſam materiā in qua vniūtur.multo minus eſt repu-
tandum impoſſibile deo ꝙ poſſit formā in ipſaꝫ ma-
teriam cōuertere:pꝛopter qꝺ totam ſubſtantiā rei cō
poſite in ſolam materiā poteſt conuertere. ❡ Scđa
via ſic patet.nam ut tactum eſt:forma educta de po-
tentia materie virtualiter clauditur in ipſa materia.
Nam ut cōmentatoꝛ ait in 12°metaᶜᵉ.eſſe qꝺ extrahi
tur de aliquo.eſt aliquo modo in eo de quo extrahit.
forme ergo aliquo modo ſūt in materia anteꝙ̄ de ma
teria educant:cū poſſint extrahi ⁊ educi de materia.
poſſumus ꝗ aliquo mō dicere ꝙ mā ſit potētia ⁊ vir-
tute totū.In potētia eni paſſiua māe eſt forma educi
bilis de ipſa que cōpoſita materie facit totū:igit vno
modo mā ⁊ forma ſunt plus ꝙ̄ mā ſoluꝫ.Alio modo

UNIVERSITA[RIA] DE GRANA[DA]

materia ⁊ forma quodāmō non ſunt plus ꝙ̄ materia ſolum. Nam actiue loquendo materia ⁊ forma ſunt plus ꝙ̄ materia ſolum: qꝛ ſi materia eſt rō agēdi hoc habet a forma: principaliter enim ratio agendi eſt forma. ſi tamen aliquo mō coīcatur materie hoc cōpetit ei prout habet eſſe ſub forma: ſꝫ loquēdo de potentia paſſiua: materia ⁊ forma nō plus eſt quodāmō ꝙ̄ ipa materia: cuꝫ de potētia paſſiua materie educaṫ. Sed cū ſuba panis ꝯuertitur in corpus chri: ibi panis ſuba nō habet rōnem actiui ſed paſſiui. Fit eni hoc virtute diuina reſpectu cuius cūcta creata habēt rōnem materialis ⁊ paſſiui. Eſt eniꝫ in poteſtate creatoris hēre plenam actionē ⁊ plenū dominiū ſuper creaturā ſuā: ut faciat de ea ut ſibi placet. Si ergo ſm potētiā paſſiuā quodāmodo materia ⁊ forma nō ſūt plus: ꝙ̄ mā ſolum: qꝛ ut tactū eſt panis in dicta cōuerſione habet rōnē paſſiui ut ſpectat ad propoſitū: quodāmō tantū eſt mā paniſ ꝙ̄tū mā ⁊ forma ſimul. In quodcūqꝫ igiṫ v̓tute diuina pōt ꝯuerti mā paniſ ꝯuerti poterit mā ⁊ forma ſimul. Sicut ḡ in cōuertere eſt ex parte forme ſic in cōuerti eſt ex parte materie. ꝓpter quod ſicut in cōuertere ⁊ in agere non eſt plus materia ⁊ forma: ꝙ̄ forma ſolum: qꝛ ſm potētiam actiuā materia claudiṫ in forma: ⁊ ubi vnū ꝓpter alterū utrobiqꝫ tātū vnū. Unde qꝛ tota ratio agendi cōpetit materie ꝓpter formam. ⁊ in agere ⁊ in cōuertere nō pluſ erit materia ⁊ forma: ꝙ̄ forma ſolum: ſic in pati ⁊ in cōuerti: qꝛ principaliter rō paſſionis ſumiṫ ex materia: ⁊ forma clauditur in potētia paſſiua materie: ſm pati ⁊ ꝯuerti non plus eſt materia ⁊ forma ꝙ̄ materia ſolū. Si ergo poteſt ꝯuerti materia panis in materiā corporis chriſti: ⁊ forma in formā: poterit ſimul forma uel materia panis cōuerti in ſolam mām. Et qꝛ forme ſm ꝙ ſpectat ad propoſitū non ſe ſic virtualiter cōtinent: ut forma contineaṫ in materia: difficilius eſt aſſignare rōnem ⁊ modū per quē forma panis ꝯuerti poteſt in formam corporis chriſti ⁊ materia in materiā: ꝙ̄ oſtendere ꝙ tota ſubſtātia panis ꝯuerti poſſit in ſolam materiam.

¶ Tertia via ſic patet: qꝛ forma per ſe nō eſt in potentia paſſiua niſi rōne materie: ſicut difficile eſſet ſuſtinere materiā per ſe agere uel eſſe aliud qđ agit materia ab eo agit qđ forma: mām tamē ꝯiūctam forme agere ⁊ ꝯuertere aliquid nō eſt icōueniēs. Si nō aliđ agat nec aliud cōuertat materia ꝙ̄ forma. ſic difficile eſſet ſuſtinere formā per ſe ſumptam pati: ⁊ ꝯuerti in aliquid: formā tamē vnitā materie cōuerti in aliquid nō eſt incōueniēs: ſꝫ ſi ꝯuerſio forme nō ſit alia a cōuerſione materie: ⁊ forma nō ꝯuertaṫ in aliud ꝙ̄ mā. Si ergo materia alicuius cōpoſiti in mām ꝯuertitur: facile erit ſuſtinere ꝙ etiā forma in eādeꝫ materiā cōuertatur. Totū ergo cōpoſitum in ſolaꝫ materiā pōt cōuerti: ⁊ ſi non eſt impoſſibile ꝙ in aliud ꝯuertatur materia ⁊ in aliud forma: ut ꝙ materia cōuertatur in materiā ⁊ forma in formā: oīno tamē facilius eſt ſuſtinere ꝙ materia ⁊ forma panis virtute diuina cōuerti poſſit in ſolam mām corporis chriſti: ꝙ̄ ꝙ materia cōuertatur in materiā ⁊ forma in formam. Si ergo hoc eſt poſſibile illud non eſt reputandū impoſſibile ut in theoremate dicebaṫ. De mō autē poſſibilitatis in ſequēti theoremate aliqua declarabim᷑ ꝓut ſpectat ad preſens opus.

## Propoſitio. XXXIII.

Partes quas habet materia naturaliṫ actu eſſe nō poſſunt ſine partib᷑ quātitatis: intellectus tn̄ ꝓpter eſſentialem differentiaꝫ ſeparat has ab illis: poterit ergo aliquid cōuerti in partes materie exiſtentis in chriſto abſqꝫ eo ꝙ in quātitate ipſius aliqđ conuertatur.

Declaratio.

¶ Si alicui rei cōpetit modus alterius per aliud ſicut competit ei per illud: ſic illo deficiente ei nō remanet dictus modus. qđ videre poſſum᷑ tam in his que naturaliter habēt eſſe: ꝙ̄ ēt in hijs que miraculoſe fiūt. Uidemus enim vniuerſalia naturaliter eſſe in particularib᷑. Et qꝛ vniuerſalia per ſe nō exiſtūt: ſꝫ in alio habēt eſſe: oībus vniuerſalib᷑ competit quidam modus qualis: ideo ſupius dicebaṫ vniuerſalia que ſunt ſcđe ſubſtātie nō ſignificare hoc aliquid: ſꝫ quale qđ: qꝛ ſignt quid per modū qualis. Si ergo modus q̄lis competit vniuerſalibus ex eo ꝙ ſunt in alio: ſi poneremus vniuerſalia per ſe eſſe ⁊ diceremus quiditates rerū abſtractas per ſe exiſtētes: ut plato poſuit quas dixit eē ideas particulariū: cogeremur dicere vniuerſalia eē ſubſtātias: nō ſolum quātum ad rem: ſed etiā quātum ad moduꝫ: qꝛ cōpeteret eis per ſe exiſtere. iđ phs 7° meta͛ diſputans cōtra platonem ait vniuerſalia non eē ſubſtātias: qꝛ nullum cōe eſt ſuba: ideo reprehendit platonē ponēteꝫ vniuerſalia eē ſubſtātias: ⁊ ſicut habet eē in hijs que naturalr̓ ſunt: ſic videmuſ in hijs que miraculoſe fiunt. ſicut eni vniuerſalib᷑ naturaliter competit modus qualis per particularia: ut quia ſunt in particularib᷑: ⁊ ſi amouerētur a particularibus non cōpeteret eis dictus modus: ſic qꝛ per diuine virtutis influētiam pōt miraculoſe accidēti cōpetere modus ſube: qꝛ diuino miraculo poſſunt accidentia per ſe eē ut infra declarabitur: ſi diuina influētia ceſſaret: tolleretur ab accidentibus modus ſube. non eni poſſent ulteri᷑ per ſe eſſe. ſemper ergo cū cōpetit alicui rei modus aliqs per aliud illo alio amoto non poterit ei cōpetere ille modus. Si ergo materie cōpetit nāliter habere partes ⁊ habere modū quātitatiuū mediāte quātitate: amota quātitate nāliter nō competit materie habere partes ſm quas dicebatur materia hēre quēdā modū quātitatiuū. Naturaliter ergo partes materie nō poſſunt actu exiſtere ſine partibus quātitatis: intellectus tn̄ ꝓpter eſſentialē differentiā ſeparat has ab illis. Sicut eni per ſenſuꝫ viſus poſſum᷑ iudicare lucē eſſe aliaꝫ a colore: qꝛ videmus colores aliqn̄ magis illuminatos aliqn̄ minus: ſic qꝛ eēntia māe eſt alia ab eēntia ꝙ̄titatis: qꝛ videm᷑ eādē materiā per eſſentiā aliquādo eē ſub maiori quātitate: aliquādo ſub minori: iudicare poſſumus per intellectum partes materie eſſentialiter differre a partib᷑ quātitatis: ſic eſſentia materie eſt alia ab eſſentia ꝙ̄titatis. Utrū autē poſſimus intelligere partes materie non intellectis partibus quātitatis: uel oīno ſic eſt de cognitione intelligibili quātuꝫ ad partes materiales reſpectu partiū quātitatiuaꝝ ſicut erat de viſu coloꝝ in cōparatione ad lucē: ut ſicut viſu cognoſcere poſſumus colorem differre a luce: nō tn̄ poſſumus videre lucem non viſa luce. Sic forte diceret quis ꝙ intellectu percipere poſſumus partes materie eſſe alias a partibus quātitatis: non tamen poſſumus intelligere illas partes non intellectis partibus quātitatis: talia autem inueſtigare non ſpectat ad propoſitum. Nam lꝫ poſſumus intelligere aliquid eſſe differens ab alio quod intelligere nō poſſumus non intellecto alio: ut poſſumus cognoſcere ꝙ accidēs ſit aliud a ſubiecto: non tamen poſſumus intelligere accidens non intellecto ſubiecto. Deus tamen plus poteſt facere ꝙ̄ intellectus noſter intelligere: quia poteſt facere

accidens ſine ſubiecto lꝫ hoc nõ poſſum⁹ intelligere. Sic foꝛte diceret aliquis ꝙ deus poſſet conſeruare in eſſe partes materie abſqꝫ partibus quantitatis: lꝫ foꝛte non poſſimus intelligere partes materie non intellectis partibus quãtitatis. Et ſi poſſet deus facere has partes eſſe ſine illis: nulli dubiuꝫ eſt ꝙ põt facere ꝙ aliquid ɔuertat in partes materie: abſqꝫ eo ꝙ aliq̄d ſit ɔuerſum in partes q̄titatis. Sed qͦ dicitur ſi hoc nõ poteſt deus: qꝛ foꝛte nõ habet rõnem poſſibilis ꝙ actu exiſtant partes materie abſqꝫ partibus quãtitatis: nõ tñ ꝓpter hoc tollit ueritas queſita. Nã ſi albedo abſqꝫ ſuperficie eſſe nõ poſſet: tñ qꝛ eſſentia albedinis eſt alia ab eſſentia ſuperficiei: ⁊ deus poteſt vnam eſſentiã in aliã eſſentiã ɔuertere: qꝛ ut pꝛobatũ fuit ſupꝛa deus ɔuertere põt aliquid aliq̄d actu p̄exiſtens: poſſet deus per ſe loquẽdo aliquid ɔuertere in eſſentiã albedinis ⁊ tñ nihil eſſet ɔuerſum in eſſentiã ſupficiei: eo ꝙ iſta eſſentia nõ ſit illa. Sicut qꝛ partes materie ſunt differentes eſſentialiter a partibus q̄titatis: poſſet deus aliq̄d ɔuertere in ptes materie: uel in materiã habentẽ ptes: ⁊ cũ nihil eſſet cõuerſum in partes quãtitatis ꝓpter qͦ declaratũ eſt qͦ in theoremate pꝛoponebatur. ¶ Ad ulterioreꝫ tñ ueritatis intelligẽtiam notandũ: qͦ ſuperius eſt oſtenſum ꝙ ſi poteſt deus ɔuertere materiã in materiã põt totum compoſitum ex materia ⁊ foꝛma ɔuertere in ſolã mãꝫ loquẽdo de foꝛma educta de potẽtia materie: poterit ergo deus totã ſubſtãtiam panis ɔuertere in ſolã mãꝫ exiſtẽtem in chꝛiſto loquẽdo de materia illa ut habet ptes: ⁊ tñ nihil erit ɔuerſum in q̄titatẽ chꝛiſti. ¶ Ut ergo aliq̄d appeat de mõ ɔuerſionis: aduertenduꝫ ꝙ ut ſuperius dicebat deus põt ɔuertere aliq̄d in aliud p̄exiſtens actu. Ut põt hunc aerem cõuertere in hunc ignem: qꝛ põt illã eandẽ foꝛmã numero que eſt in igne educere de materia aeris. Et qꝛ materie nõ differunt niſi per foꝛmas: ſi materia que eſt in aere infoꝛmet illa eadẽ foꝛma numero qua infoꝛmat mã exiſtẽs in igne: materia aeris fieret mã ignis: ſicut qꝛ albedines non differunt niſi per ſuperficies: qui eſſet illius potentie qͦ vnã ſupficiẽ ɔuerteret in aliã poſſet vnã albedinẽ in aliã ɔuertere. Sic ergo poterit deus totã ſubſtantiam panis in ſolam mãm ɔuertere: quia poterit foꝛmam paniſ in potentiam materie reducere ⁊ facere ꝙ illa materia infoꝛmet illa eadem foꝛma que eſt exiſtẽs in chꝛiſto: ⁊ tũc materia illa ɔuerſa erit in mãꝫ que eſt in chꝛiſto. Et qꝛ foꝛma reducta in potẽtiam materie nõ dicit annihilata: ſi deus ɔuerteret materiam illã in quã redacta eſt foꝛma panis in materiã exiſtentem in chꝛiſto: quodãmõ totã ſubſtantiã panis in ſolã mãm ɔuertiſſet. Cũ ergo effectiue loquẽdo deus poſſit immediate facere qͦ mediate facit: ſi põt totã ſubſtãtiã panis ɔuertere in ſolã mãm reducendo foꝛmã panis in potẽtiaꝫ mãe poterit abſqꝫ tali reductiõe talẽ ɔuerſionẽ facere. imo qꝛ ſm ɔuerti ⁊ paſſiue ⁊ ut in pꝛecedenti ꝓpoſitione dicebat nõ plus eſt foꝛma ⁊ mã panis q̄ mã ſolum. ſi põt deus cõuertere mãm panis in mãm coꝛporis chꝛi. poterit imediate totã ſubſtantiã panis ɔuertere in ſolam materiã exiſtentẽ in chꝛiſto: abſqꝫ eo ꝙ pꝛius ſm intellectũ inducat foꝛma panis in potentiam materie.

## Propoſitio. XXXIIII.

Cum ſubſtãtia panis in coꝛpus chꝛiſti cõuertitur: qꝛ totũ trãſubſtãtiat in totũ. nõ eſt dicẽdũ ꝙ panis materia: uel ꝙ eius foꝛma in nihilũ redigat. Aperitio.

¶ Uoluerũt aliqui dicere ꝙ cũ ex pane fit coꝛpus chꝛi qꝛ panis ãnihilat: uel ꝙ eius ſuba redigatur in pꝛimã mãꝫ: ſꝫ hoc ſufficiẽter ipꝛobat. Oſtẽdebat eni ſupius ꝙ aliquod coꝛpus eſſe alicubi de nouo ɔtingit duplr: uel per tranſmutationẽ pꝛopꝛiã: ut quia per motũ localem acquiſiuit locũ illuꝫ: ⁊ eſt ibi localiter: ⁊ ſic coꝛpus chꝛi eſt in celo. Secũdo mõ hoc põt ɔtigere per trãſmutationẽ alterius: ut qꝛ aliquid eſt cõuerſum in ipſum: ⁊ ſic coꝛpus chꝛi eſt in hoſtia. Nõ ergo incipit chꝛiſtus de nouo eẽ in altari per motũ localem: ut qꝛ deſcendenſ de celo ſuperna deſerẽs incipiat eẽ in hoſtia. Sic eni totus eſt in hoſtia ꝙ ẽt totus remanet in celo. Si igitur ſuba panis in nihilũ redigeret: uel eẽt redacta in mãm pꝛimã ⁊ nõ ɔuerteret in coꝛpuſ chꝛi: nõ poſſet eẽ coꝛpus chꝛi de nouo in altari ſiue in hoſtia per trãſmutationẽ alteri⁹: ut per ɔuerſionẽ panis in ipm: ſolũ ergo ibi eẽt per trãſmutationẽ pꝛopꝛiam: opoꝛteret ergo ipm de celo deſcẽdere ut ibi exiſteret ⁊ eẽt ibi localiter. Ut qꝛ per vnũ ⁊ ideꝫ coꝛpus localiter in diuerſis locis eſſe non põt: cũ eſſet chꝛiſtus in hoſtia deſineret eẽ in celo: ⁊ cũ eſſet in altari deſineret eẽ in alio. que oĩa ſunt ɔtra fidem catholicam nõ tenet coiter ⁊ bene: ꝙ in hoc ſacramẽto nec annihilat panis mã nec foꝛma: ſed tota ſuba paniſ cõuertitur in totũ coꝛp⁹ chꝛi. Non eſt eni annihilatũ: quia in aliud eſt cõuerſum. Sed quomõ totum ɔuertatur in totũ: ⁊ quod totũ in quod totũ: declarare nõ eſt facile. Si enim poneremus vnã ſolam foꝛmã in cõpoſito: ⁊ diceremus in chꝛiſti coꝛpore nõ eſſe ſubalem foꝛmã niſi aĩam: ſm quã poſitioneꝫ ut ſuperius tangebat opoꝛteret nos dicere totã ſubſtãtiam panis eſſe cõuerſam in ſolam materiã: foꝛte ſic dicendo de facili poſſemuſ ſoluere rõnes ɔtrarias. poſſum⁹ aũt quãtuꝫ ad p̄ſens octo rõnes facere cõtra poſitioneꝫ iſtam. ¶ Pꝛima taliſ eſt: quia p̄ncipia opoꝛtet manere: ut dicit in p̄mo phiſicoꝝ. Cum ergo foꝛma ⁊ materia ſint pꝛincipia: opoꝛtet illa manere. eſt enim ɔtra rõnem p̄ncipioꝝ ꝙ fiant ex alterutris uel ꝙ fiant ex alijs: ſed alia fiunt ex ipſis. Non ergo foꝛma ex materia fit: nec materia ex foꝛma. Unde circa finẽ octaui metaᶜᵉ ꝓbat ꝙ foꝛma nec eſt elemẽtuꝫ: nec eſt ex elemẽtiſ. Sed ſi tota ſuba panis tam materia q̄ foꝛma ɔuerteret in ſolam mãm exiſtentẽ in chꝛo qͦ opoꝛteret dicere ponẽtes vnam foꝛmã foꝛma panis conuerteret in materiã coꝛporis chꝛiſti: qͦ videtur oĩno incõueniens: qꝛ ſi foꝛma non eſt ex materia: multomagis videt ꝙ nec materia poſſit eſſe ex foꝛma. ¶ Secunda talis eſt: qꝛ dato ꝙ mã ⁊ foꝛma panis poſſint cõuerti in ſolam mãm exiſtẽtẽ in chꝛiſto: cũ materia ut videt nõ poſſit dici coꝛpus: falſum eẽt qͦ pꝛedicat fides catholica cum ait: ꝙ ex pane fit coꝛpus chꝛiſti: uel ꝙ panis cõuertitur in coꝛpus chꝛiſti: ſed ſolum eſſet uerum dicere ꝙ panis cõuertitur in materiã chꝛiſti: quia uſus loquẽdi nõ admittit: nec ueritas videtur pati. ¶ Tertia talis eſt: qꝛ ⁊ ſi materia poteſt dici coꝛpus hoc nõ cõtingit niſi pꝛout habet eẽ extenſum. materia autẽ quantũ eſt de ſe dicit quid indiuiſibile: ⁊ eſt ſm ſe in pꝛedicamento ſubſtantie: nõ ergo poteſt ei competere extenſio que dicit moduꝫ q̄titatiuũ. ¶ Quarta talis eſt: quia ⁊ ſi ſaluare poſſumus ꝙ materie competat modus quãtitatiu⁹ hoc modo eſt niſi per quantitatẽ. Nunq̄ ergo ſola materia poterit dici coꝛpus: ſed mã cuꝫ quãtitate coꝛpus appellari poterit. Si igitur in tale coꝛpus ɔuerteret panis ſuba: eſſet aliquid cõuerſum in q̄titatem chꝛi: ⁊ q̄titas chꝛi eſſet in ſacro qͦ falſuꝫ eſt ex vi ſacri. ¶ Quinta talis eſt: qꝛ ẽt ſi ſaluare poſſemus ꝙ mã poſſit dici coꝛpus: ⁊ ꝙ poſſet ei cõpetere mo-

dus quātitatiuus:⁊ ꝙ ille modus non addat aliquid ſupra naturam materie:tñ nullomodo videtur poſſe ſtare ꝙ ſola mā dicatur totuȝ. Si igitur tota ſuba panis ꝯuerteret in ſolā mām:dici nō poſſet ꝙ totū cōuerteret in totū. ¶ Sexta talis eſt cū ois cōpoſitio videat requirere plura per eſſentiā:ut videt ſola mā nullomō pōt dici res cōpoſita:igit ſi ſuba panis ꝯuerteret in ſola mā:nō eēt tranſbatio rei cōpoſite in rem cōpoſitā qō eſt falſum ¶ Septima talis eſt:ſi mā ut hēt eē quātitatiuū pōt dici corpus.mā panis quia nō abſoluit a quātitate poterit dici corpus.poſſem⁹ ḡ dicere ꝙ corpus ⁊ forma panis cōuertunt in corp⁹ chri qō uſus loquendi nō admittit:nec ueritas videt pati. ¶ Octaua talis eſt:qꝛ ſi mā ut hēt moduȝ q̄titatiuū dicit corpus:⁊ iō ſuba panis dicit conuerti in corpus chriſti:qꝛ ꝯuertit in materiā exiſtētē in chriſto ut hēt modū quātitatiuū;qꝛ modus ſemp arguit rem etiam modus abſqꝫ re eē nō pōt:nō poſſet eē aliquid ꝯuerſum in mām ut videt exiſtentē in chrō:niſi aliqd conuertatur in quātitateȝ chri. Erit ḡ quātitas corporis chriſti in hoſtia ex vi ſacramēti:nō ex nāli cōcomitantia ſolum.qō eſt ꝯtra vitatem catholice fidei. ¶ Hee autē obiectiones ſi ꝯſiderent ꝑdicta plane ſoluūtur. Nam per.32.propoſitionē ſoluit prima obiectio ubi oſtendebat totū compoſitū vtute diuina poſſe cōuerti in ſolā mām. Et qō arguitur de ꝑncipijs:qꝛ ꝑncipia opȝ manere:nō eſt plus ꝯtra ponentes vnā formā:ꝙ ꝯtra ponētes formas plures:qꝛ ſi ꝑncipia opȝ manere:nec fiūt ex iuicē nec ex alterutrius:ſic mā nō fit ex forma:nec forma ex mā.ꝙ mā ſit aliquid de eſſentia forme:uel ꝙ ꝯuertat in formam:ſic materia nō fit ex materia:nec forma ex forma:qō opȝ nos dicere ſi ponamus plures formas. ¶ Dicēdum eſt ḡ ꝙ mā ⁊ forma ſi ſunt ꝑncipia ſunt ꝑncipia agenti naturali:qꝛ tale agens ꝑſupponit mām:⁊ etiaȝ aliquādo preſupponit formā.qꝛ ſi eſſet dare mām oino primā ⁊ abſqꝫ omni forma:ut ꝓbat cōmentator 8° phiſicorum:nō poſſet eē ſubiecta motui:⁊ trāſmutationi.agens vō nāle quia agit per motū de ea nihil poſſet ꝓducere. Sunt ergo talia principia ſuppoſita ab agente naturali nō a deo: qui ipſam eſſentiā materie produxit in eſſe:⁊ cui⁹ eſt agere nullo ꝑſuppoſito. ¶ Scōa rō ſoluit per.26m theorema ubi oſtenſuȝ fuit ꝙ ſola materia ut induit modū quantitatiuū poteſt dici corpus. ¶ Tertia rō ſoluit per.27m theorema:ubi probatū fuit reȝ vnius predicamēti poſſe habere modū alterius predicamēti:propter qō mā poteſt habere moduȝ quātitatiuū. ¶ Quarta rō ſoluit per.28m theorema.ubi oſtēſum eſt modum illum quātitatiuū:nullam eſſentiā addere ſuper nāȝ materie. ¶ Quinta rō ſoluit per.29m theorema.ubi oſtenſum eſt ſolam mām ut habet modum quātitatiuū poſſe dici totū quoddā. ¶ Sexta rō ſoluit per.30m theorema.ubi oſtenſuȝ eſt ſolā mām ut induit quēdam modum quātitatiuū poſſe dici rē cōpoſitaȝ. ¶ Septima rō ſoluitur per.31m theorema.ubi oſtēſum eſt ꝙ ſpāli modo ⁊ ꝓprie mā exiſtens ſub forma aialis pōt dici corpus ⁊ nō materia alia. ¶ Octaua ⁊ ultima rō ſoluit per.33m theorema.ubi oſtēſū eſt ꝙ poteſt ꝯuerti ſuba panis in māȝ exiſtētē in chriſto: ut habet rōnem totius:abſqꝫ eo ꝙ aliquid ꝯuertat in quātitatē ei⁹. ¶ Dicamus ḡ ꝙ ponēdo vnā formam in cōpoſito:diceremus ſubam panis eē conuerſam in ſolam mām:non tamē eſſet conuerſa in māȝ quocūqꝫ modo ſumptam:ſed in mām ut eſt in chrō. Sicut ergo ſi aliquid ꝯuerteret in ſolam albedinē exiſtentē in pariete:lȝ albedo quātū eſt de ſe:ſit quid idiuiſibile: tamē ut habet eſſe in magnitudine eſt quid extenſuȝ: qō cōuerſum eſſet in talem albedinem non eſſet conuerſum in aliquid indiuiſibile:ſed in aliquid extenſum ⁊ habens partes. Sic qō ꝯuertit in ſolam mām exiſtentē in chriſto in tale aliquid ꝯuertitur:qualis eſt mā illa.lȝ ergo mā q'ātum eſt de ſe ſit quid indiuiſibile:⁊ nō poſſit dici totum:nec poſſit uocari corpus:tñ qꝛ ut habet eſſe in chrō:habet eſſe extēſum:⁊ eſt qd organiçatū:⁊ habens partes:que organiçatio ⁊ que partes ut pōt patere per habita:nullaȝ eſſentiā addit ſupra nām materie:ſed ſolum dicit quēdaȝ modū exiſtendi:quē habet mā ut eſt in cōpoſito. Et qꝛ ſola mā ut eſt in chrō eſt quid organiçatū ⁊ habens partes:⁊ poteſt dici corpus ut ſuperius eſt oſtenſum:ſi in taleȝ mām ꝯuertat panis ſuba erit ꝯuerſio in aliquid totū: ⁊ in aliquid habēs partes:⁊ in aliquid qō poteſt dici corpus. Materia eni cuiuſlibet aialis pōt dici corp⁹: ⁊ pars corporis poteſt dici corpus ſm ꝙ corpus dicit alteram partē aialis:⁊ de animali nō predicatur:⁊ eſt etiā pars corporis accipiēdo corpus qō dicit totū:⁊ de aiali predicat:imo materia qꝛ ſm ſe ꝯſiderata mā dicitur:ſed ut organiçata dicitur corpus:ſi ſoluȝ vnā formam poneremus in chriſto:qꝛ ſuba panis nō eſſet cōuerſa in materiā per ſe ſumptam:ſed in materiā ut eſt organiçata:melius ⁊ congruētius diceret ꝙ panis ſubſtātia cōuerteret in corpus chriſti q̄ in materiam chriſti. ¶ Patet ḡ ꝙ ponendo vnā formā:obiectiones factas de leui ſoluim⁹. Propter qō dicta poſitio videt ualde probabilis:tñ qꝛ nihil prohibet quedaȝ falſa eſſe ꝓbabiliora quibuſdaȝ uerbis:qꝛ de ueritate dicte poſitionis mihi nō ꝯſtat:dicte poſitioni nō aſſentio. Audeo tamē dicere ꝙ ꝯtrariā non intelligo. Naȝ ponere multas formas in cōpoſito:habet multas difficultates ſm ſe:quas ſoluere neſcio:qꝛ ſi non eandeȝ formā dicit ſuperius ⁊ inferius.ut ſi aer nō per eandē formā eſt aer corpus ⁊ ſuba.⁊ cū ex aere fit ignis remanet in aere forma per quā erat corp⁹ ⁊ ſubſtātia.lȝ inde ſit amota forma per quā erat aer. Non tamē in tali generatione eſt generata ſubſtantia:nec corrupta ſubſtātia. Sicut enim per aliam formā homo eſt homo ⁊ albus:ſi remoueatur forma albi ⁊ fiat niger nō erit generatus homo neqꝫ corruptus:⁊ ſi nunq̄ abſolueret materia a forma humana:nunq̄ eſſet generatio nec corruptio hois.ſic cum nunq̄ abſoluat materia a forma per quā eſt corpus ⁊ ſubſtātia:nunq̄ erit generatio nec corruptio ſubſtātie:videt ergo eſſe tenēduȝ ꝙ illa eadē forma que dat rei eē ſpecificū det ei totuȝ ordinē ꝑdicamēti.iō cū corrūpit equus corrumpitur corpus ⁊ ſubſtātia:qꝛ per illā ⁊ eandē formā per quaȝ equus eſt equus eſt corpus ⁊ ſubſtantia. ¶ Rurſum multa incōueniētia mihi inſolubilia hanc poſitionem ſequūtur. Nam tūc partes diffinitionis nō eſſent vnū qꝛ dicerent materiā vnā:ſed ſolū eſſent vnū qꝛ eſſent in vno ⁊ ſupiora de inferioribus ꝑdicarent denoīatiue nō eſſentialiter:⁊ multa alia que alibi deo dāte diffuſius ꝓſequemur.hēt tñ nihilominus iſta poſitio ſpecialē difficultatem ut ſpectat ad propoſitum. Nam ſi ponamus multas formas in compoſito ⁊ ſubſtantia panis conuertit in corpus chriſti quia materia cōuertit in materiam:⁊ forma in formam.ideo tota ſubſtātia panis cōuertitur in corpus qō dicit aggregatuȝ ex materia ⁊ forma.conſtat ꝙ corpus ſic acceptum ut ſuperius eſt oſtenſum predicatur de compoſito. Sicut enim homo nō eſt ſubſtantia.ſm ꝙ ſubſtātia dicit alteram parteȝ compoſiti:qꝛ nec eſt materia:nec forma eſt tñ ſubſtātia ſm ꝙ ſubſtātia dicit aggregatū ex mā

⁊ forma:ſic homo nō eſt corpus ſm ꝙ corpus dicꝭ al-
terā partē cōpoſiti.Eſt tn̄ corpus ſm ꝙ corpus dicit
aggregatū ex mā ⁊ forma.Si ergo panis cōuertitur
in corpus chri:qꝛ ꝯuertitur in aggregatū ex mā ⁊ for
ma:cum tale corpus ſit chrs eo ꝙ chrs eſt homo:⁊
omnis homo eſt corpus accipiendo corpus ut eſt ge
nus:⁊ ut dicitur cōpoſitū ex materia ⁊ forma.Poſſe
mus dicere ꝙ panis eſt cōuerſus in chrm:⁊ ꝙ eſt cō-
uerſus in hominē qđ falſum eſt.Nō eni panis cōuer
titur in chrm nec in hominē:ſed in corpus chriſti ⁊ in
corpus hominis.¶ Et ſi diceretꝭ ꝙ hec p̄dicatio eſt
uera homo eſt corpus per accidens inq̄tū forma cor
poreitatis ⁊ forma humanitatis ſunt in eodē:pp qđ
per accidēs eſt panē cōuerti in hominē.Per ſe autē
cōuertitur in corpus:augetꝭ queſtionis difficultas.In
cidimus eni in magnū incōueniēs:qꝛ cogimur dicere
ꝙ ſuperiora de inferioribus per accidēs predicētur:
ſicut albū predicatur de muſico:⁊ ruſum nō effugi-
mus argumentū.Corpus eni illud in qđ cōuertitꝭ pa-
nis ſbā:nō predicatur de hoīe ut poſſimꝰ ſaluare:per
accidēs panis cōuertitur in hominē:ſicut ſaluamꝰ per
accidēs edificator cantat:ſi edificator predicetur de
muſico.Iſtā ergo poſitionē de multitudine formarū
nō intelligo:nec tn̄ in hijs que ſunt fidei minus aſſen-
tio:cū ad talia requiratꝭ captiuitas intellectus.Quid
ergo dicemus ſcio ꝙ panis ſbā cōuertitur in uerum
corpus chri ⁊ in illud idem nūo qđ in celū aſcendit:⁊
uerū corpus chri ſumimus in altari.hoc igitur chrs
tradidit:hoc eccleſia tenet:ſi alijs hoc nō ſufficit mi-
hi ſufficit.cui ergo non ſufficit ſaluis fundamentis fi-
dei cū reuerentia ⁊ timore inueſtiget quale ſit illud
corpus.ego aūt malo in mea ſimplicitate perſiſtē:ꝙ
de arduis temere iudicare. Propoſitio.XXXV.

## Propoſitio.XXXV.

a Ccidētia ſucceſſiua quorū eē eſt in fie
ri:adeo a ſubſtātia depēdēt:ꝙ nec na
turaliter nec miraculo fieri poteſt ꝙ
habeant per ſe eſſe.Si ergo frangatur hoſtia
cōſecrata:oportet fractionem illam fundari
in aliquo ſuſceptiuo.

### Declaratio.

¶ Fuerunt enim aliqui nō intelligentes quō fides po-
nit in hoc ſacramēto accidētia per ſe eſſe.credētes ꝙ
de omnibus accidētibus eſſet par ratio.ideo dixerūt
fractionē quā exercet ſacerdos in hoſtia conſecrata
nō fundari in aliquo ſubiecto.uolētes ꝙ ibi eſſet fra-
ctio abſq; eo ꝙ aliquid frāgeretur.Cū ergo fractio
quendā motum importet:ſi oſtēdere poſſumus mo-
tum:⁊ ea que ſunt de genere ſucceſſiuoꝝ nullomodo
abſq; ſubiecto poſſe per ſe eē:manifeſtū erit fractio-
nem illam fundari in aliquo ſubiecto.Poſſumus au-
tem hoc triplici via uenari.quarū prima ſe extendit
vniuerſaliter ad omnia ſucceſſiua.Secūda vō ſpecia
liter arguit de motu.Tertia aūt ſpecialiter determi-
natur ad fractionē illam:quā aſpicimus in partibꝰ ho
ſtie conſecrate.¶ Prima via ſic patet.Nā totalitas
ſucceſſiuoꝝ ⁊ totalitas permanētium nō currunt pa-
ri paſſu.Totalitas enī permanētiū conſiſtit in ſimul
tate partiū.Tunc eſt enī tota domus:quādo omnes
partes domus mō debito ſimul ſunt:ideo ſi tales par
tes ſimul exiſtant omni alio amoto:domus habebit
eſſe:ſed totalitas ſucceſſiuoꝝ:nō eſt in ſimultate par
tium:ſed in ordine partiū:nunꝙ enim partes ſucceſſi
ue ſimul eſſe poſſunt.Immo ſi ſimul eēnt:ſucceſſiuū
nō eſſet:oportet eni tales partes habere ordinē prio
ris ⁊ poſterioris.⁊ iſte ordo de neceſſitate reqrit mo
bile ⁊ ſucceſſiuū.Nunꝙ enim eſſet prius ⁊ poſterius
in motu niſi aliquid uariaretꝭ ſm prius ⁊ poſteriꝰ:nul
la enim pars motus eſt in actu:ſed in fieri ſolū.Si er
go ſucceſſiua dicuntꝭ eſſe hoc eſt qꝛ aliquid ſm ea ſuc-
cedit:ut ſi motus eſt:hoc non contingit qꝛ motus:uel
eius partes ſunt quid in actu:ſed qꝛ aliqđ mobile mo
uetur ſm motum:ideo dicitur ꝙ a mobili accipitꝭ vni
tas:⁊ ordo in ptibus motus.Motus eni habet vni-
tatē a magnitudine:uel a mobili ut dicitꝭ in 6° phiſico
rum.⁊ ſicut ſucceſſiue:⁊ ordinatim mobile acqrit ali
quid per motū:ſic ſucceſſiue accipitꝭ ordo partiū mo
tus.Sic ergo qꝛ permanētia habent partes ſimul iō
ſtare nō poſſet ꝙ eēt aliquid totū permanēs:non ma
nēte ſimultate partiū:ſic qꝛ totalitas ſucceſſiuorū eſt
in ordine partiū fieri nō pōt ꝙ ſit aliqđ ſucceſſiuū:⁊
nō ſit talis ordo.Et qꝛ iſte ordo:⁊ iſta vnitas nō pōt
eſſe ſine eo qđ ſuccedit.nō pōt eſſe motus ſine mobi
li.⁊ vniuerſaliter nō pōt eſſe aliqđ ſucceſſiuum abſq;
eo qꝛ aliquid ſuccedat.Nam ſicut implicaret contra-
dictionē ꝙ eſſet homo:⁊ non eſſet anima ſimul cum
corpore vnita corpori qꝛ totalitas hominis conſiſtit
in ſimultate partium:ut in ſimultate anime ⁊ corpo-
ris.Sic nō poterit eſſe aliquid ſucceſſiuū niſi aliquid
ſuccedat:cū habitum ſit ſucceſſiua habere ordinē:⁊
vnitatē ex mobili:⁊ eoꝝ totalitas conſiſtat in ordine
partium.Cū igitur fractio quēdā ordinem motus im
portet:⁊ quādā ſucceſſionem:nō poterit eſſe fractio:
niſi aliqđ frangatur.¶ Secunda via que arguit ſpe-
cialiter de motu ſic accipitꝭ.Per omnē enim motum
